



# **Historia de vita et rebus gestis Viperti, Marchionis Lusatiae Burggraffii Magdeburgensis, Comitis Groicensis:**

<https://hdl.handle.net/1874/427116>

*je*

HISTORIA  
DE VITA ET  
REBUS GESTIS  
VIPERTI, MARCHIONIS

LVSATIÆ, BVRGGRAFII MAGDE-  
burgensis, Comitis Groicensis: auctore  
Monacho Pegauensi.

ET ALTERA DE BELLIS FRIDERICI  
Magni, seu Admorsi, Landgrafij Turingia, Palatini Sa-  
xonia, Marchionis Mysnia & Osterlandia:  
auctore Johanne Garzone  
Bononienſi.



FRANCOFVRTI  
Apud Andream Wechelum,  
M. D. LXXX.



MAGNIFICIS VI-  
RIS, NOBILITATE GENERIS,  
AVCTORITATE, DOCTRINA, DIGNITATE  
& virtute amplis. IOHANNI A BERNSTEIN, DAMIANO A SEBOT-  
TENDORF, DAVIDI PEIFERO, IC. & HARTMANNO PISTORIO,  
illustris Electoris & Ducis Saxon. &c. Consiliarijs prima-  
rijs, Patronis suis perpetua obseruantia colendis,

S. D.

REINERVS REINECCIVS STEINHEMIVS.

ETVS est Mysorum nomen, vetus ab spectatissima vir-  
tute parta gloria, vetus deniq; nobilium in gente eadem  
ducum procreatio. Non autem nunc in animo mihi est,  
quæ auctorum monumenta prodita habent de singulis,  
commemorando repetere: præstitimus enim eam operam  
alibi. Est & hoc minimè obscurum, Mysorum appella-  
tionem, postquam tandem in Germania illi consedere, ab  
Soraborum Henetorum, seu, ut Ditmarus nominauit,  
Daleminciorum & Milzenorū dominatu aliquantisper  
in desuetudinem venisse: quoad ab urbe & Marchia Mysnæ, quam condidit Imp.  
Cæs. HENRICVS Auceps, celebrari rursus cœpit. Nā ante id tempus terram Mys-  
niam, & Dalemincinnam & Lomaciam, & tertio nomine à Sorabis Sirbiam appella-  
tam, accepimus: Quod quidem postremum nomen ita inualuit, ut, quod subiecta de  
Viperto Groicensi docet historia, huius etiamnū ætate in usu esset. Marchiam Hen-  
ricus Auceps cuidam ex eadem Widechindi stirpe consanguineo suo permisit: Cuius  
etsi nomen sciri certò nequit, posteri tamē, quæ nostra opinio est, eam usq; ad fratum  
Dedonis & Timonis, è Comitibus Wettinensibus, familias retinuere. Secundum  
Marchiam diuersæ & complures aliae cœpere in Mysis dynastæ, ac per has nobilitas  
illustris: de quibus hoc loco singulatim differatur, institutio nostri non est. In Marchio-  
nibus autem postremæ Timonis familiae, cui postmodo præter Turingiam & Palati-  
natum Saxonie, & Septemuiratus huius & Ducatus ceu postliminio redijt, à ma-  
ximarum virtutum, & rerum præclarissimè gestarum fama & gloria præcipue  
FRIDERICVS, quem alij Magnum, alij Fortem & Admirsum, cognominant: in  
dynastis, VIPERTVS GROICENSIS, enituere. Hic annis fermè 200. prior in tur-  
bulentum Henricorum IIII. & V. imperium incidit: ille Rhudolphi, Adolphi &  
Alberti, Cæsarum, tempora attigit. Vtrunque ut casus peculiares, ijque mirifici, ita  
eventis quibusdam non planè dissimiles, insignem fecere. Nam Vipertus à maiorum  
fortuna aduersa penè exul, & in Mysnia planè hospes & aduena, Principatum ibi  
firmum acquisiuit, eundemque etiam filijs reliquit. Fridericus verò cum partas ibi-  
dem maiorum virtute opes iam adjisset, & adiecturus hæreditatis iure Turingiam  
fuisse, & hac patris iniurijs excidit, & de illis in discrimen grauiſſimum venit, nec

A ij

## E P I S T O L A

nisi labore plurimo recuperare potuit. Addatur huic alterum, quod Imperatorum benevolentia neuter stabili & constante usus est: Cum quidem Vipertus de Henrico meritus praelarissem esse, Fridericus autem in imaginibus suis, ut remotiores omittam, Fridericum II. Cæs. numeraret.

Cæterum complexus Viperti historiam est expositione luculenta auctor Chronicus Pegauiensis: de Friderici rebus gestis explicavit Iohannes Garzon Bononiensis. Vtraque historia typis edita est: & peculiari commentario Viperti vitam pertraxit Ernestus Brotius: Qui cum ita vulgi manibus teratur, ut Chronico Pegauensi notior sit, repetere ex hoc historiam eam volui: Quandoquidem Brotius argumento illi satisfecisse nequaquam videatur, & dulcissimus ex ipso fonte bibantur aquæ, secundum Poetam. Certe ut ne de fide dubitationi locus sit, egregie auctor proæmio suo præsttit. Aduocat enim omnium eos testes, qui videre atque audiere, denique etiam interfuerere, & quorum ipse aliquos superstites nōrit. Quanquam ubi aqua quod dicitur hæret, suo loco non prætermittamus. Nomen auctoris in obscuro est: & de eo tantum historiæ expositio coniecturam præbet, Monachum Pegauensem fuisse. Cuius laborem ita deinde alios exceperisse, ut ubi ille desisset, adiicerent, narrationum docet series. Citatur enim de Friderico Barbarossa Francisci Petrarchæ testimoniū: quem patrum vixisse memoria, constat. Verum ea attexenda nobis haud existimauimus, & relinquimus hanc operam alijs. Nec scrupulosè inquirimus in orationis genus: est enim sui dissimilimum: & cum alicubi laudare possis, alibi rursus non solum supinam negligentiam, sed & meram barbariem iure accuses. Garzonis historiæ editio postrema, quam quidem videre mihi contigit, incidit in annum 1541. Cuius exemplaria cum iam pridem desiderentur, suscipere eam mihi operam visum fuit, ut iterum prodiret. Quæ autem animaduersione aliqua de eadem historia indigeat, lectoris iudicio permitto. Sanè quæ in Mysorum natione cernimus vera illa summa que ornamenta, toties iteratis, totque in personis ad viuum expressis elogij, ut qui maximè calluisse Garzon, & suspexisse, videtur. In cæteris cum eloquentiæ erui adhibiti conuenienter sint, non raro fidem desideres. Ut sufficari libeat, omnino panegyricum quendam quām historicum agere scriptorem illum maluisse. Obueniebat hoc etiam singulare proposito nostro incommode, quod exemplar, in quod incidi mus, per quam depravatum esset: Nec mihi in scripto alieno immutare temerè aliquid visum fuit. Qua in re si quid desiderabitur, in eas nimirum alijs succedent partes, uti proferatur correctius. Sic enim & in historiæ huius utilitatem consuletur, & Principis, de cuius rebus gestis hic explicatur, honos atque existimatio vindicabitur.

Dicai autem hæc, quanquam industria & laboris alieni, nominibus vestris antiquitatis monumenta, magnifici & nobilissimi viri, Patroni obseruand. tum quod Mysniam vel natura vel iure, secundum veterem Catonis præceptionem, patriam haberetis, tum quod ab excellente virtute, atque in rem publicam meritis, apud eum creandis Imperatoribus Romanis VII virum gratia locum ac dignitatem obtinere-  
tis præcipuam, qui à Friderico Magno genus & originem duceret, & ita duceret, ut cum nullo virtutum genere huic secundus sit, tum verò plurimis, ijsque maximis, eundem supereret. Omnino hic animis omnium insitus stimulus est, ut vel nostros vel eorum, qui imperium in nos obtinent, maiores, eorumque res gestas cognoscere expectamus. Neque id institutum utilitatis fructu caret multiplici: De quo arguento cùm

## D E D I C A T O R I A.

cum alijs plenius differuerint, neque nos alibi siluerimus, denique etiam intelligentem fugere neminem posset, quicquam hic repeteremus, necesse non esse duximus. Ceterum eam omnibus & singulis, qui & possunt & debent, optarim voluntatem, communis patriæ Germaniae exornandæ, ut ne deesse opem & operam suam patientur. Enimuero quam hac parte ab exteris vincamur, quid ex desidia nostra in gentem illi nostram sibi sumant, ut quæ nostrorum sunt, sibi arrogant, id apertius est, quam ut commemoratione nostra noua inculcari debeat. Tenet autem certa me de vobis spes, ut antehac studio ac vigilantia non obscura eam in rem incubuistis, ita deinceps vel ideo constantiorem animum huc adhibituros, quo magis id quedam necessitas efflagitare videtur. Quod si etiam hanc Magnificent. atque Ampl. V. voluntatem mihi nauarit, ut ne qualemcumque istam obseruantiae nostræ debitæ significationem improbandam existimetis, id scilicet calcar mihi addetis, ut hoc genus operas urgeam contentius. Evidem is sum, qui quod est in me ingenij (quam autem hoc exiguum sit, video) studiorum & patriæ commodis impendere gestiam: Idque institutum à me commendatissimum habeatis, neque à patrocinio vestro desertum patiamini, oro obsecro. Ego clientis memoris partes, qua pars est fide, sustinebo, & beneficium tantum trabali, quod aiunt, clavo figam. Magnificent. atque

Ampl. V. benè & feliciter valere ex animo opto.

Francofurto ad Viadrum M. IXbr. D.V.

CIO. IO. LXXIX.

A iii



HISTORIA  
DE VITA VIPERTI, MAR-  
CHIONIS LVSATIÆ, BVRGGRAVII MAGDE-  
BVRGENSIS, COMITIS GROICENSIS,  
auctore Monacho Pegauiensi.

PRÆFATIO.

*Cur præstan-  
tium virorum  
res gesta in-  
teru man-  
dantur.*



ESTA quorumcunq; præstantissimorum litteris mandari, veteruna  
prouida sagacitas his de causis duxit commodum: ne qua videlicet  
vetustatis aut obliuionis obliteratione fauorabilis eorum vita per  
succedētia tempora mortalium animis excideret, quin potius, si qua  
fortia & honesta facta attigissent, in his mentes audientium oblecta-  
rentur, ad imitationem quoque eorum iugis recordatione inculca-  
proficerent. Cūm igitur paganis, & veræ fidei penitus extraneis, id  
potissimum fuerit studij, vt non solum propria, sed etiam prædecessorum suorum gesta  
probabilia scriptis, ob commendationem perpetuam, vel ædificationem, confit alacet  
nonnulla, posteris transmittenent, cur non potius nos Christi fidelium non tantum ho-  
nesta, sed & felicia gesta scriptis & omnium laudum præconijs non efferimus? quorum  
vita multo probabilius, gestorum memoria longè delectabilior, executio piorum ope-  
rum effussit fructuosior. Igitur de Wigberto Marchione, Bigauiensis cœnobij funda-  
tore, intendentes scribere, primo quidem progeniem eius ab ausis & proavis paulo al-  
tius ordinere repetentes, narrationem ordiamur. Dehinc quis, aut vnde oriundus fuerit,  
summatim prælibatis, demum quæ eaſa constitutionis aut institutionis eiusdem loci,  
diuinitus, vt credimus, occasionem dederit, quæue institutor eius, tam secundū Deum  
quām secundum seculum liberaliter ac strenuè feliciterque peregerit, quoue fine vita  
decesserit, sicut veridica eorum relatione comperimus, tum qui ab alijs audierunt, tum  
qui viderunt, & interfuerunt, quorum plerosque superstites vidimus auxiliante Deo,  
simpliciter, & sine verborum ambagibus scire volentibus aperiemus.

GENEALOGIA DOMINI WIGBERTI.

*Merlibonis fi-  
lij HARLYN  
ei cognomi-  
nati.*

*Wolfus eiusq;  
fortuna.*

*Liberit.*

*Regia Balsa-  
morum.  
Felicitatis  
opinio.*

MELRICVS, rex Teutoniæ, Ditmarum Verdunensem & Herlibonem Bran-  
deburgensem fratres habuit. Herlibo tres filios, scilicet Emelricum, Vridelo-  
nem & Herlibonem, qui Harlungi sunt nuncupati, genuit. Ex his Herlibo, fi-  
lia regis de Norwege sibi desponsata, sobolem suam duobus liberis propaga-  
uit, quorum vnum Suetibor, alterum Wolfum nominauit. Suetibor Scamborem &  
eius fratres habuit filios. Wolfus Pomeranorum adeptus primatum, deinde prouincia  
pulsus, ad regem confugit Danorum. Qui validæ iuuentutis virum, fama vulgante iam  
antè compertum, libenter suscipiens, exinde robore corporis & animi constantia fre-  
quenter expertum inter præcipuos familiares sibi asciuit, filiam etiam suam ei tradidit.  
Elapso autem breui tempore, fratres eiusdem puellæ ex fama virtutis & prospero suc-  
cessu tam illustris viri inuidiæ liuore tabescentes, illum aggrediuntur à se suisque pro-  
pellere terminis, eadem sibi metuentes in posterum post mortem patentis. Verùm li-  
uor edax, qui felicibus cuncta negat, ipsis plerunque suis auctoribus omnia perdendi  
occasionem administrat. Commodum ergo ratus socero adhuc superstite filiorū eius  
liuori cedere, paulo pòst, vbi patrem defunctū agnouit, militari manu eosdem aggres-  
sus, occidit, cunctisque sibi fauentibus regnum, vt pote gener regis, obtinuit. Secundis  
dehinc rebus sibi succendentibus, ex præfata coniuge tres filios suscepit, scilicet Otho-  
nem, Hermannum & Wigbertum, patrem Wigberti Marchionis. Præterea Balsamo-  
rum regio sorte bellica cessit eius dominio. Qui scilicet Wolfus tandem senio seu fre-  
quentia bellorū attritus in tantum vulgi fauorem, ob suæ felicitatis indicium, emeruerat,

*vt nis*

## DE VIPERTO GROICENSI.

2

vt nisi eo præfente, quamvis nihil agente, vel in bello, vel in alio quoquis periculo, prospera sibi arbitrarentur non posse succedere, ac de eo præsumeret, illo præfente, se semper fore victoriam cōsecuturos: maiorem de felicitate quām antea de fortitudine eius fiduciam habentes, & per virum in vltima ætate positum nulla sibi posse aduersa præuatere sperantes. Deniq; ex ætatis imbecillitate nec equo insidere valentem super alligabant, vt vel sic in bello eos præcederet. Qui vbi naturæ concessit, Barbari more suo ad templum Deorum corpore delato, secundum ordinem familiarum suarum, quasi ad præcinctum belli strictis gladijs circa fererum discurrebat, ac flebilibus vtentes vocibus, exequias peragebant. Wolfo defuncto, auunculus eorum, quos in Danorum prouincia occiderat, odium patris in filios retorsit. Cuius inuasionem cū illi sustinere difiderent, à patrijs finibus cesserūt. Quorum primus Otho in Græciam declinauit, Hermannus in Russiam, Wigbertus verò in Balsamorum regionem, quæ ei paterna hæreditate obuenerat, à reliquis fratribus secesserat. Is igitur in armis & consilio viguit, multaq; præclarata belli facinora miles egregius exercuit. Qua industria familiaritatem Domini Gosuini, Comitis senioris de Leige, emeruit. Qui cū videret animi alacritatē nobilitati eius respondere, filiam suam Wigberto, Sigenam nomine, elegantem facie tradidit, arbitratus, vt reuera fuit, illum generis suidecus monumentumq; fore: In cuius dotem Morunge & Gaterslebe cum suis territorijs & allodijs accæteris appèdicij constituit. Reliqua verò patrimonia, Leige scilicet & Sibichinroth & Trachenstede, duabus reliquis filiabus assignauit. Tam felici potitus Wigbertus coniugio, ex eadem filium genuit, quem tam suo nomine quām patrimonio ditauit, quemq; longè præstantiorem paternis virtutibus, vt clarè scire volentibus liquebit, posthumū reliquit. Præterea duas filias ex Domina Sigena suscepserat, quarum vnam Henricus quidā de Leige duxit, alteram Wernerus senior de Veltheim, ex qua idem filios habuit Bernerum & Adelgotum, postea Magdeburgensem Archiepiscopum. Huic etiam Wernero, extrema Bigauiensis villæ platea iure hæreditario cesserat. Wigbertus igitur senior, Balsamorum, vt præfati sumus, possidēs fines, memor cū paternæ virtutis tum iniuriarum, quas in expulsione sui fratrumque suorum pertulerat, frequenter barbarorum prouinciam, & præcipue urbem, quę Posduwlc, id est vrbis Wolfi, barbarica lingua dicitur, cursu militari vexabat, prædamque incredibilem crebrò asportans comprovincialibus cunctis inde largiebatur. Sic fauorem tam nobilium quām plebium ad fidelitatis gratiam sibi ascuerat. Cū ergo tam virtutis quām roboris enormitate adhuc iuuenis policeret, immatura morte terminatum vitæ clausit, Wigberto filio adhuc puerulo. Domina Sigena tanti virti contubernio viduata, tandem vix ægrè aliquanta consolatione recepta, Comiti Friderico de Lengenfelt se sociari passa est, ex quo filium eiusdem nominis suscepit, filiam quoque, quam Ruggerus Comes dicens, Ruggerum, Magdeburgensem postea Episcopum, & Fridericum Comitem ex eadem habuit. Is quoque uxore suscepta filiam genuit, quę Othoni Palatino de Witilinsbach nupsit, duosque filios edidit, scilicet Othonem Palatinum, patre defuncto, & Federicum Comitem. Hæc quasi per excessum dicta, cū tantæ Genealogiæ nobilitate nos cogente, tum ob commendationem Dominae Sigenæ, quę fundatorem Bigauensis cœnobij feliciter genitum educauit, tam insigne genus posteritatis agnoscere cupientibus rugosa fronte paullum relaxata lector benignius accipiat.

ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS M. XL.

Per idem tempus Henricus Imp. Augustus, Conradi Imp. F. illius, qui Henrico Pio successor, rerum summa potiebatur, cuius industria diuina cooperante gratia, securitate pacis respublica fruebatur. Sub quo inter cæteros principes, Vdo Marchiam Stadensem regebat. Huius obsequio Wigbertus adolescens, patre, vt præfati sumus, orbatus, à venerabili matre destinatur: per quem honorificè, quoique adoleuit, educatus, gladio deinde militari à tanto principe, viptote principum collega quandoque futurus, nobiliter accingitur, ac urbe, Tangermunde dicta, cū eius attinentijs ab eodem Marchione, liberaliter inbeneficiatur. Ibat igitur iuuenis corporis & animi viribus opibusque succrescens, dubium consilio, an actibus efficacior. Cumque multam ex hostibus stragem manu militari continuis diebus exerceret, iamque non minus quām hostibus ipsis, sibi notis ac familiaribus esset metuendus, vt quod facile solet accidere, aliquando

A iiiij

Barbarorum  
ritus funebres

Vipertus pri-  
mus, præcep-  
s regione Bal-  
samorum.  
Gosuinus,  
Comes Lez-  
Sigena F. Vi-  
perio colloca-  
ta.

Nati ex ca-  
dem liberi.

Wernerus de  
Veltheim.  
Adelgotus.  
Vipertus ul-  
teſtetur ſibi  
& fratribus  
illatas intu-  
rias.

Eiusdemors  
immatura.

Sigena cum  
Friderico F. ē-  
gefledio alte-  
renupia.

Otho Palat.  
Witelsbach.

Tangermünd.

Viperti indo-  
les et virtus  
bellica.

PEGAVIENSIS MON. HISTORIA

3 PEGAVIENSIS MON. HISTORIA  
& leuiter offendere cauerent: quia virtus laudem, laus inuidiam patiebat ipsi, qui eius diligere videbantur probitatem, exosam habebant vicinitatem. Quapropter plerique Marchioni consilium dederunt, ut quoquo pacto, dum taxathone st̄ & pacifice, Wigbertum à se remoueret: eo quod non sibi suisq; tantum, sed etiam posteris præcaueret.

Qui quod prudenter suggestum erat, sagaciter implere festinans, iuuem amicè conueniens, municipiū suū, quod in orientali plaga situm iuxta Elstram s. nomine Groisca, cum omnibus eiusdem adiacentibus, quæ eius iuris erant in villis & sylvis, pratis & paucis, eius potestati tradidit, pro mutatione regionis Balsamorum. Pro Tangermunde verò alia beneficia ad Nortmarchiam attinentia ei restituit. Wigbertus his annuens, & ad Orientem secedens, scilicet ubi ea postea veris ac medullitus visitaret exoriens ex alto, et si non statim, quando tamen voluit, in eiusdem castrī munitionem se suosq; receperit.

alto, et non itatim, quando tamen volunt, in eiusdem causa in unitione in lege  
pit, & nobiles quosque in eius vicinia manentes, utpote pacis impatiens, & in malis as-  
fuetus, non sine pernicie regionis inquietabat. Erant tunc temporis plerique nobiles in  
hac prouincia in suis singuli municipijs constituti, scilicethi: Bethericus de castello Tu-  
chern, Fridericus de Cutze, Ficelinus de Probin, & eius frater de Trebniz, Hageno de  
Tubichin. Hi vnamiter congregati, quia semper omnis potestas impatiens consortis  
erit, Wigbertum tanquam suæ vitæ seu regionis inuasorem ocios remouere sunt cona-

ti. Quibus ille non sufficiens contraire, conijsciensq; qualiter sua nō vsquequaq; perde-  
ret, tandem id potissimum ratus est consilium, si ipse ē regio[n]e ad tempus secedens liuo-  
ri eorum cederet. Et cum suis collocutus, quorum vnu[is] Hertuigus, eius ministerialis,  
alter Petrus dictus erat, vt quasi se inscio vnā cum vrbe Groisca præfato Beterico se de-  
derent, centum assuntis militibus ad Ducem Boiemia[re], Vratislau[m] nomine, se cōtulit.  
A quo honorificè suscep[t]us, & ob totius probitatis & industria[re] nitorem cunctis acce-

ptus, facilem familiaritatis aditum tam penes ipsum Ducem quam apud omnes illius optimates emeruit. Post aliquod tempus, sicut ipse cunctis, quis aut quantus esset, innotuerat, ita cum erga alios cuncta sagaciter perpendendo crebrius animadvertisset, inter alia cum Duce colloquia: Mirari satis, inquit, non posse me fateor, quod tantus vir, tanti nominis ac potestatis, et quanimititer feras detrimentum & abiectionem regij nominis & auctoritatis. Quod in hoc satis apparet, quia Comites & ingenui, magna potestate & honore praediti, antecessoribus tuis sub iure iurando, fidē & hominum seruantes, tuo recusant dominio subiici. Hoc quam indecēs & incongruum sit aperiam. Me-

mini quendam antecessorū tuorum Bougonem dici: cuius principatui non dicā Com-  
ites aliosue nobilitate opibusq; pollentes, imò Duces ac Marchiones militabant. Is ad-  
eptus dominium nomenq; regium, in prouinciam \* Seringorum suum dilatauerat im-  
perium , alijsque principibus æquē potentibus famosior & eminentior claruit. Quare  
si regij nominis detrimenta recuperare desideres, considera iam oportunum tempus  
adesse, turbataq; respub. vtilem & efficacem dabit occasionem. Ego quoq; , quoad po-  
tero, sicut consilio ita præstò sum auxilio. Hæc & alia prosecutus, quæ arbitraretur vti-  
lia, patet fecit, eiq; Dux in omnibus obtemperaturum se spopondit.

ANNO DOMINI M. LXXXII.

**H**enricus IIII.  
**C**ef.  
**P**ipertus Ce-  
fari militiam  
suam offert.  
**P**etit Vratis-  
lao regium  
nomen.

Ea tempestate guerra vel dissensio maxima est exorta inter regem Henricum, prefati Imp. Henrici F. & Saxones, ita ut sedari posse diffideretur, nisi, quod absit, sanguinis iudicio. Imperator vero animo gerebat in Longobardiam & Italiam expeditionem facere, & Saxonum tumultuosam factionem interim declinare. Wigbertus igitur consummadi, quod animo gerebat, negocij tempus fore tatus oportunum, Imperatorem paucis suorum assuntis adjit, scilicet cum ipso in ultionem hostium reip. cum sexaginta suorum militum & eorum apparatu bellico, suis etiam stipendijs militantibus profecturū spōdet, ea tamen conditione, ut si regia magnificentia cæteriq; primates eum reip. probassent necessarium, eius munificentia omne restitueret ei damnū in orientali plaga nuper illatum, & remuneraret obsequiū. Gratanter hæc principes & ipse Imperator accepit. Ad hoc ille, naclus omnium benevolentiam, faustumq; tēpus arbitratus, ut aperiret, propter quod venerat, non hæc tantum se pro reip. emolumentis, immo potiora, si Imperator ac Principes eius consilijs assentirent, aucturū allegabat. Cui cum absq; cunctatione suum assensum se pbiturū Imp. fateretur, ille intulit: Nil imperiali dignitati penitus officere, immo prodefe, si Boemia Ducem Vratislauum in regem pateretur, ac iuberet, coronari, & ille 4000. talen-

talentorum gazis regijs appenderet. Insuper & filiū suum cū trecentis armatis in expeditiōnē Itālicā cum ipso destinaret. Imperator autē cūm iam de perturbatione status reip. mente fluctuaret, & hos declinare, & illos impetrare deliberaret: Wigbertus dato sacramēto peragendā cū sexaginta militib⁹ expeditionis, regiæ sponsonis omnes principes fideiustores accipit, vt si dictis facta compensaret, tū pro eo, quod vlt̄ & voluntariē sibi debitū fecerat tāti laboris obsequium, tū ob fidelitatis, quā verbotenus p̄tendebat, meritū, dignam eum omnimodis, & vt imperiale deceret magnificētiam, dignitatū & beneficiorū ab eo recompensationem adepturū. Cum hac pollicitatione à rege & à Principibus cū salutationis officio dimissus, deinde ad Vratissaum in Boiemia reuersus, quæ pro recuperatione dignitatum & nominis eius peregerit, intimauit, vtq; 4000. marcarū argenti transmitteret Imperatori, & 30. libras Imperatrici, insuper & filium suum Borwi cum 300. militib⁹ in Italiā destinaret, luculenta ratione persuasit. Ventum est igitur ad curiam Herbipolin vel Wirciburg: ad quā cūm principes vndiq; solenniter conuenissent, exceptis Saxonibus, Dux Boiemæ, Wigberto cū iuncta thesauri quātitate p̄ceunte, proceribus, quos elēstissimos habuit, stipatus aduenit. Imperatore ergo iubente, ac sententia Principū astipulante, per Moguntinū Archiepiscopū & Constantiensem Præfulem & Wirciburgensem, Vratissalvus regali benedictione sublimatur. Exinde iurata cū 300. militib⁹, vti condicū erat, expeditione, conuersus Dux ad Wigbertū, quatenus cū filio suo proficeretur, obnoxie rogauit. Quod Wigbertus nequaquā integrū suæ sponsoni fore respondit, cūm eadem per se, quæ & ille Imperatori iurauerit: ramen impetraret, vt à rege statuente, filij sui tentorijs semper esse proximus generetur: se pro certo comitem & cooperatorem fore induuidū. Quod Duce penteante à rege, statutum est: & impetrata Dux ab eo licentia, repedauit, post recuperationem honoris non immemor suæ sponsonis. Proinde fidum ac familiarem sibi p̄ o- mnibus conueniens Wigbertum, eiusque fidei committens filium, milites 300. omnib⁹ apparatu liberaliter ac decenter cum stipendijs expeditos, cum eis in augmen- tum regi⁹ exercitus destinauit, cui apud Vlmam, Sueviæ ciuitatem, occurserunt. Qui magis ac magis accelerantes, & reliquum exercitum itinere superantes, primi iuga Al- pium transvolant, ac suas experiendo vires, Longobardiam barbarico more deuastant, p̄ræda, cæde & incendio ciuitates & castella demoluntur, robustos quoque captiuatos violenter suo seruitio subiiciunt, gnaris quibusdam locorum mortem minitando, nisi loca diuinijs referta denudarent. Multas munitiones in deditiōnē coegerunt: iam ad mille armatos exercitum adauxerant. Post quos Imperator Alpes transcen- dens, compertis etiam patratis audacter ab his, qui p̄æcesserant, non modica exulta- uit lātitia. Coadunata dehinc riteque dispositatotius exercitus multitudine, Medio- lanum venit, & à Consulibus & à primoribus ciuitatis tam pacificè quām honorificè suscipitur. Quibus insuper auxilium ferentibus, sed & eis, quos ex diuersis sibi prouincijs ascuerat, omnes circumpositas vrbes & castella, Cremonam scilicet, Papiam & Laudam, Mantuam & Cremam, cum alijs munitionibus quadrienni obsidione plurimoque labore, nec sine suorum detimento tandem in deditiōnē coegit, p̄æ- ter Veronam. His peractis, cœpto itinere partes aggreditur Italiæ: & quoniam in se summarunt (Humanis enim rebus hunc numina crescendi posuere modum) turbi- dam Romam, quæ semper aut malis patuit, aut prauorum incurſus tulit, se quo- que nunc Imperatoris offensam incurrit, nondum pœnituit. Imperator tam Ita- lii quām Teutonici fidens exercitus copia, Romam arcta obsidione vallauit, & triennio circiter in eodem statu durauit. Quo euoluto, quia cultores ab agris de- erant, alimenta quoque Regis exercitui defecerant, etiam patitur saeum, veluti circumdatus alta obsidione, famem. Sed vtrique frequenti congressione facta, quia pari detimento vtriusque partis belli sors dubia inuoluebat, neutra pars ab audacia desistebat. Missis igitur exploratoribus, sicubi ciborum copiam recupera- re possent, Wigberto clām a suis exploratum missis, denunciatur, iuxta in montanis v̄ctualia cum armamentorum & gregis copia à quibusdam recondita. Qui, vtpote impi- ger, inexpugnabilis, acer, sociatis sibi tam Regis militibus quām Boiemis, ocyus ad- uolat, reperit, vt detectū erat, vt per aliquod tempus tanto exercitui inde subueniretur. Cui festināter remeanti, intimatur, erupisse Romanos, ac Regem ad pugnā laceſſuisse.

Borvi, Vrat-  
tis. F.  
Wirciburg.  
Herbipola.

Vratissalvus  
Reximun-  
clus.

Fides.

Vipertus be-  
liger impiger  
primus in Lō-  
gobardiam  
irrupit.

Cesaris expe-  
ditio Italica.

Mediolani in

Vipertus in-  
ter Veronam.

Rome trien-  
nalis obſide.

Vipertus an-  
nonam in Ca-  
ſar's caſtris  
leuat.

## PEGAVIENSIS MON. HISTORIA

Imminebat autem tunc festiuitas Ascensionis Dominicæ. Qua fama Wigberto iam vicino delata, ex templo belli signa corripiens, cunctis etiam in procinctum non segniter præparatis, impigre aduolat: barbaricoque more ter Romanorum acies ingrediendo ac regrediendo, quasi tela aranearum cædendo obuios irrumptentes, nimia cæde in aduersarios debacchati sunt. At Wigbertus ubi Regem in arcto circumseptum hostibus videt, cum suis ad eum se contulit, tantumq; aggressu suo Romanos terruit, ut ad portam usque ciuitatis eos impelleret. Rege etiam viriliter eis insistente, ensis eius excussus defiliit, cuius dextra crebris iictibus penè dirigit. A quo Wigbertus affuit vocatus, suum conquerenti gladium tradidit. Et quia nihil in tali necessitate pugnacius animositate, eleuato proprij acumine clypei, tanto impetu in armatos ense carens inermis desauit, ut infra muri ambitum propellerentur, sique viatores pugnam finiti iubent. Et quia plures vtrinque sauciati fuerant, per septem dies Imperator intra castra se continuuit. Interim cum aliquando Wigbertus membra quieti dedisset, nec tamen animum ab instanti negocio relaxasset, accito quoddam ex suis viro satis industrio, nomine Ras, admonuit, ut murorum ambitus perlustrando, diligenter consideraret, sicubi valeret adiutum intrandi muros inuestigare: quò excubantium desidia explorata, clàm potuissent ascendere. Paruit ille, diligentia solerter adhibita, & quā coniecit aditu muros custodia vacare, cautè ascendit: & postquam neminem sensit adesse, reuersus, Domino suo clàm indicauit, & facili arte Romanos decipi posse, si non negligeret, allegat. Qui nil ducens, negligendum (semper enim nocuit differre paratis) suis omnibus & paucis Boiemorum assumtis armatis, duabus quoque scalis, Ras milite suo præduce, post hunc secundus muros ascendit, misso interim nuncio Regi, ut quantocuyus præsidium ferre matraret. Ex militibus iam quatuordecim muros ascenderant, cæterisque accelerantibus, rege quoque cum multitudine ad portas irruente, ac valvas securibus excidente, subito Romani conclamant, & eos, qui muros ascenderant, iictu lapidis & lancearum impetebant. Rex tandem vrbe potitus, occursantes validè Romanos multa strage mulctauit, nonnullis quoque suorum satis nobilibus & strenuis in tanta congressione viriliter occumbentibus, eis tamen maiorem ex hostibus cædem exercentibus. Apostolico igitur cum Petro Leone auunculo suo fugam ineunte, ac per matricem Ecclesiam addomum Theodorici tendente, aduersarij præuenerunt, & conatus eorum intercepserunt, siccq; intra monasterium conclusi sunt, intra quod per triduum se continuerunt. Cumq; ex eiusdem templi foribus crebro conarentur erumpere, & exteriores impetu quodam ex inprouiso lacefere, Wigbertus cum suo signifero condixit, ut foribus patefactis trabem miræ molis iniicerent, ne subito, velut ante, eas obstruerent, & intrò se recipierent. Illis itaque simili conatu suam audaciam perpetrare tentantibus, trabe protinus iniecta, aditus valuarum intercipitur. Adhuc Romanis patentes fores acriter tuentibus, Wigbertus cum suis primus eas irrumpere conatus est, ut tam diu in ipsis foribus resistentes cederent, donec eos intrò propellerent. Quos insecurus Wigbertus, quamvis clypeo non protectus (quippe qui erat minutatim hostium gladijs consecutus) mucronem vtraque manu corripiens tam voce quam exemplo multitudinem post se irrumpentem animauit. Ita peccatis exigentibus, proh dolor, in eodem templo acerrima pugna committitur, plurimum humani sanguinis effunditur. Erat spectare Christiani nominis inane ludibrium, sacratissimi & apostolici honoris & auctoritatis excidium. Quis legens & audiens non exhorreat tam grande sacrilegium, in sacris apostolorum liminis humanum fluere sanguinem instar Tiberis? Interim Apostolicus cum Petro Leone intra sanctuarium se receperat: Vbi cum maioribus natu comprehensi, rege iubente, Wigberti custodiæ sunt mancipati. Saniori deinde vtrinque habitu consilio, post multas sententias, excusationis & conuentionis occasione prolatas, Apostolicus regreconciliatur: Rege iubente ac faciente, omni mundo venerabile templum triduilibore vix tandem à spurcia cruoris effusi expiatum: in ipsis præsentia denuo consecratur: Rex etiam imperiali benedictione sublimatur omni gratis relaxata captiuitate suorum Apostolico. Cædes finiri, noua vita videtur oriri. Imperator demum Theodorici domum munificissimam recepit in dominium, in qua suis fautoribus collocauit præsidium. In eadem ex Wigberti militibus 20. constitutis, vnde decim veneno perierunt, confecto à mulierculis dolo Romanorum, quorum fraus Wigberto insinuata, Imperatori statim innotuit.

*Zinsdem animosa virtus.*

*Pides erga Imp.*

*Vigilantia.*

*Ras, Viperti commilito.*

*Roma Viperti opera capta.*

*Petrus Leo, Pape annulus.*

*Templum Viperti industria & audacia expugnatum.*

*De hac historiâ alij variant, quos se quirectius fuerit.*

*Dominus Theodorici.*

*Romanorum veneficia.*

notuit. Sed huius viri quilibet animaduerterat strenuum propositum, & diligens studium erga Regis obsequium, cui transacta septenni reuolutione temporis, milites tantum quinque è sexaginta suis, & è trecentis Boiemorum, qui eius paruerant voluntati, nouem tantummodo residui fuerant. Adeò parato & inconcussio ad subeunda quæq;  
pericula animo, more barbarico in mortem præcipites ibant. Imperator ergo ne quid infestum post terga relinqueret, contra Veronenses exercitum direxit, ad cuius auxilium vna Petrus Leo se venturum iuramento confirmauerat, datis interim obsidibus & argento copioso in stipendum cunctis exercitibus. Cumq; apud domum Theodori contra Veronam castra collocassent, Dux Veronensis cōsiderans, licet serò, se regiae maiestati ad resistendum non sufficere, legatos mittens, rogat ea quæ pacis sunt, satisfactionem de omnibus \* omnimodis exhibens, & quoquo pacto reconciliari mereatur, donis & obsequijs se parere promittens, vt suæ duntaxat potestati seu ciuitati cōsultum foret. Igitur Wigbertus ob conuentione huius satisfactionis Veronam dirigitur: cuius redditum Imperator penes Theodorici domum opperitur. Astabant tūc Imperatori Moguntinus & Colonensis Archiepiscopi, Halberstadiensis & Monasteriensis Episcopi, Fuldensis & Hersfeldensis Abbates, alijque principes cum Boemico adolescenti. Interim de Wigberto sermo habetur ab afferentibus illum præstantissimæ probitatis virum, qui certis experimentis omnibus in hac expeditione claruisset. Tunc Imperator ait, hoc se velle certius experiri, iussitque eum, quasi semiplenè placiti rationem indicasset, sub celeritate reuocari. Erat autem ibi in quadam domo leo clausus. Hunc emitti ad probandam eius constantiam imperauit. Dimissus leo rugiebat: tota frequentia præsentium ad loca tutiora configiebat. Ille inscius eorum, quæ gerebantur, ingreditur, & cùm leo contra eum relaxaretur, à Boemico adolescente, quod cauetur, admonetur. Quem ex improuiso in se irruentem videns, gladiū à spatario suo consternat accipere nitebatur: Sed ille vbi eum manu corripuit, pro inermi Domino leoni se constanter obiecit. Quod tamen Wigbertus indignè tulit, de propria magis quam de alterius virtute confisus, retrahensque militem, mirabile dictu, pugno leonem aggreditur. At leo disturbatis iubis mox ab eo declinavit. Qua in re nil aliud, reor, nisi diuinam prouidentiam, cui cura est de omnibus, possumus animaduertere, vt Wigbertus, cui tanta in futurum præquidit Dei clementia, ab instanti mirabiliter periculo eripeatur. Ad Imperatorem deinde ingreditur, cur reuocatus fuerit, sciscitatur. At ille, tuę, inquit, salutis gratia, quoniam beatum te fore iam experimento probauimus. Percunanti verò diligentius tandem quod ad comprobationem fortitudinis & constantiae sua reuocatus fuerit, Imperator aperuit. Quæ rebat dehinc & ab Episcopis cæterisque principibus rei veritatem. Quibus eadem allegantibus, statim ab Imperatore cum suis repatriandi licentiam petiit. Sed Imperator concedere distulit. Cumque obstinatus à sua petitione non flecteretur, iamque ab eis diuertere deliberaret: Est id, inquit, quod loquebatur, propter quem tanta pericula sustinui? En; qualia recipio beneficia, quæ pro regni totius emolumentis omnium rerum mearum incurri dispendia, præsertim propriæ vitæ meorumq; discrimina? Cunctos obtestor hos Principes, me ante omnes principum Alpium iuga transcendisse, me inter primos tuæ tuorumq; salutis ac victoriae obtentu propugnatorem extitisse, & omnium, quæ in hac expeditione Italica prosperè gessisti, eorum ego cum meis præcipiis auctor, si dici fas est, & incentor extiti. Sufficere reor, tantos labores & tanta stipendia inaniter me consumisse, milites etiam perdidi. Reuertar igitur, alijs, non tibi, seruiturus, quibus sat videbatur in sua necessitate meam experiri constantiam, non ludibrio ferè meam exponere vitam. Arbitrabar quidem satis acceptabile tibi me præbuuisse spectaculum, cùm meis brachijs & viribus in cæde grassarer hostium: sed visum est spectabilius, vt bestiarum demolerer dentibus. His & huiusmodi verbis in Imperatorem debacchatus utpote impiger, iracundus, inexpugnabilis, acer, & adhuc arrogans in armis, ab eo digreditur, propter magnanimitatem etiam Imperatori formidabilis. Quem cùm nullis blanditijs aut beneficiorū promissis sibi posse speraret allicere, cōsultius existimabat, vt per alios eum mulceret, eiusque rigorem animi deliniret, querū vebis ille magis faueret. Moguntinum ergo cum cæteris præfatis Episcopis & Abbatibus, aliosque principes, quò eum sagaciter conue-

Vipertus pr.  
Lokivdus.

N.B.

Dux Veronensis debelatus.

\* Forte incōmodis.

Viperti animositas per immissum leonem ex. plorata.

Excandescētia infusa.

Pertinacia.

# PEGAVIENSIS MON. HISTORIA

7

niant, hortatur, & ut regalis erga se deuotionis instinctu, ac duplicitis remunerationis intuitu, Wigberto ex Ecclesiarum ac potestatum redditibus singuli aliquod beneficium sua vice, ut deceret, largiretur, obnoxie deprecatur: insuper ad satisfaciendum illi, quantum opportunum foret, se paratissimum esse non dubitarent, quantum ipsi dignum decernerent. Ipsi igitur Wigbertū prosecuti verbis persuasorijs alloquuntur, tandemque, licet diu reluctantem, flexere magnanimum, ea tamen interposita pollicitatione, ut omnes cum ipso repatriarent, si Imperator aliter, quam promiserat, ageret. Talis autem traditio beneficiorum solenniter ab omnibus præsente Imperatore facta est. Mungtinus 1300. talentorum beneficium, Coloniensis pagū omnem, qui dicitur Horla, Halberstadiensis & Monasteriensis, singuli ad trecenta Wigberto concesserūt. Reuertenti tandem eidem Imperator obuiam processit, seque negligenter in tam vtilem ac fissimum sibi totique regno deliquisse fatetur. Proinde castellum nomine Leisnick cū plurimis adiacentibus in proprietatem donauit: postmodum ad curiam in Altestede beneficium trecentorum talentorum & Dornburg cum suis attinentijs: postea in curia Merseburg habita eidem 300. talenta assignauit. Imperator deinde acceptis à Duce Ve-ronenſis mulctatus.

*Priportus cum Borvi Boemio domi cogitat.*

Veronensis mulctatus.

*Aequitas.*

*Gratitudo.*

*Munera Viperto reduci ad rege Boemio data.*

*Continentia tempestiva.*

*Schachtspiel.*

*Borvi sagaci-tas.*

*Viperti regia nuptia.*

Reconciliatio  
cum Cef. ex  
procerum in-  
tercessione.

Premia mi-  
litie.

Leisnick.

Dornberg.

Wigbertum igitur ex Ecclesiarum ac potestatum redditibus singuli aliquod beneficium sua vice, ut deceret, largiretur, obnoxie deprecatur: insuper ad satisfaciendum illi, quantum opportunum foret, se paratissimum esse non dubitarent, quantum ipsi dignum decernerent. Ipsi igitur Wigbertū prosecuti verbis persuasorijs alloquuntur, tandemque, licet diu reluctantem, flexere magnanimum, ea tamen interposita pollicitatione, ut omnes cum ipso repatriarent, si Imperator aliter, quam promiserat, ageret. Talis autem traditio beneficiorum solenniter ab omnibus præsente Imperatore facta est. Mungtinus 1300. talentorum beneficium, Coloniensis pagū omnem, qui dicitur Horla, Halberstadiensis & Monasteriensis, singuli ad trecenta Wigberto concesserūt. Reuertenti tandem eidem Imperator obuiam processit, seque negligenter in tam vtilem ac fissimum sibi totique regno deliquisse fatetur. Proinde castellum nomine Leisnick cū plurimis adiacentibus in proprietatem donauit: postmodum ad curiam in Altestede beneficium trecentorum talentorum & Dornburg cum suis attinentijs: postea in curia Merseburg habita eidem 300. talenta assignauit. Imperator deinde acceptis à Duce Ve-ronenſis mulctatus.

petuit. A quo Imperator consilium quæsivit, qualiter ut imperiale debeat honorē, Boiemum dimitteret. At ille in hoc, ait, satis videbitur, si argentū ad stipendium ei sufficiens exhibeas, insuper duas pateras totidemque scutellas, militibus etiam singulis cum veste dupli binas scutellas largiare, ut regalem decet munificentiam, insuper quicquid virtutis apud te patrauerunt patri eius literis insinues. Cuius consilium approbans, denuo quam recompensationem ipsemet in muneribus ex regalibus donarijs posceret, sciscitur. At ille nil in præsentiarum, sed cū opportunū foret, se postulaturum allegabat: hoc tamen desiderare, ut eodem Boiemici Regis filio mediante, & pro eo, ut confidebat, sagaciter intercedente, eius patri, remunerandus commendaretur, ut vice Imperatoris eius seruitium recompensaret, non immemor proprij honoris & nominis, Wigberto fideliter ac sagaciter administrante, nuper recuperati. Ita verò, quia prudenter suggesterat, Imperator fieri mandauit, eisque dimissis valedixit. Inde Boiemici Regis filius cum Wigberto à rege digrediens solum natale reuisit. Vbi caterua procerum coadunata, dataq; fandi copia, omnium rerum suarum exposuerūt euentum. Apices etiam Imperatoris repræsentarunt, ac munera, quæ ab ipso percepérunt. Deinde Borvi manu Wigberti comprehensa: Hunc, inquit, Dominus Imperator, pater, industria tuæ huius obtentu petitionis commisit, quatenus deuotissimum eius obsequium, quod strenuissime, me teste, omni regno haec tenus exhibuit, digna recompensatione remuneret. Iubet igitur Boiemus Rex clypeum exquisitissima opera, cælaturis ex auro & argento perfectè decoratum, arcum quoque cum pharetra, quæ nuper Rex Vngariæ transmiserat, deferri, & eidem offerri, cum magna copia auri & argenti. At ille nihil horum præter arcum & pharetram volebat attingere, dicens, industria propriæ virtutis auri vel argenti se posse plurimum acquirere. Æstimans ergo Rex plura & posteriora cum desiderare, alterum rursus clypeum magis decoratum, & potioribus onustū donarijs, vñā cum tabula scacorum, auro redimita, lapidibus etiā eburneis & chrystillinis artificiose sculptis, deferri fecit. Sed nec ex his quicquam præter tabulam ac lapides voluit contingere. Tertiò iussit clypeum similibus onerari, superposito cornu eburneo, insuper 20. equos fabrefactis sellis stratos obtulit, sed ex his præter cornu nihil contigit. Cœpit igitur Rex animo fluctuare, quid tanti esset, quod oblatum suscipere non renueret. Cuius filius magis, quam pater, voluntatis eius conscientia, clām patrem suum euocat, & ut ei filiam iam adultam collocaret, consuluit, multo sibi commodius fore, ad suæ defensionem regionis afferens, quam si Russorum vel Vngarorum Regi eam sociaret. Wigbertum igitur euocans, illam eius fidei tradidit. Quam ille cum gratiarū actione non modica suscepit, illaque insignia omnia, rege sibi annuente, camerarijs suis resuanda commendauit, in posterum sibi profutura prouidens. Provinciae verò illius partem, quam rex in dotem filiæ suę delegauerat, accipere recusauit, sed extra hanc pagos duos, Nisen scilicet, & Budesin, pro hac exigens impetravit. Quibus susceptis vrbe Swortz

\* Swortz nomine construxit, quæ coniugi suæ tutum foret præsidium. Prosperisita  
Wigberto succedentibus, ipse tamen prosperitatis & pacis impatiens, & iniuriarum si-  
bi aliquando ab huius prouinciæ nobilioribus illatarum reminiscens, prædas non mo-  
dicas ex eis frequenter ex insperato superueniens, agebat. Accidit ergo, vt aliquando in  
vrbis Belgor diæ confinia transiens, proximos vicos spoliando vastaret, & sublatis o-  
mnibus rediret. Quod vbi Henrico, Misnensi Marchioni, innotuit, assumptis militibus,  
illum ab vrbe persequitur, sed à Wigberto constanter excipitur. Congressione facta,  
signifer Marchionis Henrici ab Hertwigo, milite Wigberti, lancea perfoßus occubuit,  
alijsque vtrinque cadentibus, tandemque aduersarijs fugere in vrbem compulsis, præ-  
dam milites Wigberti deduxerunt. Alio item tempore in quosdam vltionem facere  
cogitabat, quos clàm inuadere animo parabat. Medio igitur noctis in villam, quæ Lip-  
pen dicitur, venit, vbi suorum familiarium quidam miles habitabat, & per diem ibi de-  
lituit. Sequenti nocte cum eodem Zizam clàm venit: vbi infestissimorum sibi Ekelini  
& Hagenonis explorata præsentia, vrbem suam Swortz quantocytus repetijt, & electis  
simis sibi sociatis, ac Zizam ex improviso superueniens, comprehendit Eklinum, &  
cum 17. peremit, Hagenonem cum cæteris in basilicam Beati Iacobi fugere compul-  
sos cùm nullo modo, vt egredierentur, minis obtineri potuisset, proh dolor, igne crude-  
liter injecto, basilica concrematur: sicque exire compulsi, oculorum tantum lumine  
priuantur, eo quòd ad ecclesiæ asylum confugissent. Tandem non sine magno regio-  
nis exterminio remeauit.

\* Brotufe  
Geravv.

Incursions in  
aduersariorū  
fines.

Belgern.

Hēricus, Mar-  
chio Myssen-  
sis.

Zeitz.  
Eklini cedes.

Hageno cum  
sua excava-  
tum.

ANNO DOMINI M. LXXIX. bellum fuit inter Henricum IIII. & Rudolphum  
in loco, qui dicitur Fladeheim, vbi in primo congressu Saxones terga vertunt. Ibi Vra-  
tislaus Dux & Rex Boiemæ regalem lanceam Rudolphi adeptus est, quæ exinde per-  
missione Imperatoris semper quemuis illius gentis ducatu insignem in omni festiu-  
processione præcedit. Huic bello affuit & Wigbertus bellicis euentibus semper  
insignis.

Bellum ciuile  
Henrici IIII.  
& Rudolfi.  
Vratislaus.  
Lancea Ru-  
dolfi.  
Vipertus.

ANNO DOMINI M. LXXX. Rex Boiemæ Vratislaus Saxones disponens inua-  
dere, Wigberto præduce per pagum Nisen transiens, à Wörtzin vsque Libitz subita ir-  
ruptione facta, cuncta depopulatus est, à Wigberto consilio accepto, vt donec ipse que  
circa Belgor erant deuastaret, apud Wöllin eius præstolaretur aduentum. Hæc dum  
fuerint, subito cunctis in vicinia positis fama inuasionis eorum innotuit, statimq; con-  
clamantes ad arma, multa coadunantur millia, Boiemosque in anxi positos aggre-  
diuntur. Quibus in aduersum totis viribus enitentibus, iam Boiemus penè primam  
aciem amiterat. Sed Wigberto superueniente, Saxones in fugam conuertuntur, pluri-  
mis corum occisis, sicque remeandi facultas Boiemis ferro patuit. Interea Imperator  
ab Italia rediens curiam suam Boemo apud Ratisbonam indixit. Ibi coadunato exer-  
citū, Bauari cum Boemis, cæterisque ex Germania gentibus, per territorium vrbis  
Widæ transeuntes, vsque ad munitionem nomine Mulsen iuxta Elstram fl. peruene-  
runt. Vbi Saxones Imperatori cum rege Rudolpho, ante triennium electo, occurserūt.  
Bello commisso, nec diu protracto, Imperatoris exercitus fugam injit, & à Milsen vsq;  
ad villam Widechowę passim prostratus cecidit. Quos Saxonibus acriter insequenti-  
bus, Rex Rudolphus in dextro brachio grauiter vulneratus, & in Mersburg delatus,  
post triduum cum magna pœnitentia, tantæ seditionis ac cædis prosperè factæ, mori-  
tur, & ibidem honorificè sepelitur. Imperatoris exercitus vndique dispersus, ad sua, re-  
gerelicto, quisque reuertitur. Imperatorem Vratislaus & Wigbertus, quòd eidem bel-  
loaderant, per Boemiam cum paucis deduxerunt, nondum Rudolphi regis interitu  
comperto. Interim Bethericus de Tuchere Wigberti milites fortè incurrit: quibus fu-  
gientem insequentibus in villa Quitze percussus occubuit. Post huius necem Wigber-  
tus Herduigum & Petrum milites suos, qui, vt antè retulimus, cum vrbe Groisca ad Be-  
thericum diuerterant, admonuit, vt fidei suæ memores vrbem sibi aperirent. Quibus  
statim eam tradentibus, duas turres satis munitas in ea construxit. Suscepit etiam eo  
tempore in beneficium à Walrabano, Zizeni Episcopo, pagum Butsin, cum mille &  
centum mansis ei adiacentibus. His alijsque quam plurimis, quæ tædiosum esset enu-  
merare, prædijs & beneficijs prædictus, præcipuum inter huius prouinciæ nobiles vir-  
tutis & probitatis præconium est adeptus. Sed quia virtutem laus, laudem inuidia com-

Vratislaus  
ductore Viper  
to Saxoniā  
inuadit.  
Wurtzen.

Rudolfi vi-  
ctoria & in-  
teritus.

Vratislaus.  
Vipertus.

Bethericus de  
Tuchere.

Groisca ad Vi-  
perto recupe-  
rata.

Walrabanus  
Episc. Cacen-  
sis.

## PEGAVIENSIS MON. HISTORIA

**Eckbertus,**  
**Marchio Brū-**  
**suicensis, &c.**  
**perti amulus.**

itatur, plerique principum illum manifesto persequebantur odio, quoniam omnis potestas impatiens est consortis. Proinde Eckbertus, Marchio de Brunschwicg, amulus eius, liuore tabescens, cum magno exercitu partes eius nitebatur irrumpere, iamque castellum Tuchete transibat. Quo Wigbertus auditio, suos statim iubet arma capessere, illumque nil tale opinantem inuadere. Cuius inopinato Marchio territus impetrare, fugae praesidium meditabatur. Sed aduersarijs persequendo grauitet insistentibus, pugna prope idem castrum committitur. Ibi miles quidam Eckberto acceptissimus lancea Wigbertum impetijt, clypeoque eius transfixo, duos illi dentes excussit. Quem Wigbertus gladio statim transuerberans, fronte eius medium debita talione diuisit, totamque multitudinem Marchionis in fugam vertit.

**Aliud in-**  
**terius.**

**Viperti uxor**  
**& liber.**

**Idem gratia**  
**Cesaris exi-**  
**dit.**

**Taugitur re-**  
**ligione.**

**Consulit de**  
**expiatione**  
**Ecclesiastica**  
**Episcopos.**

**Petit ex corū-**  
**dem sententia**  
**Roman.**

**Amandatur**  
**à Papa ad**  
**Patriarcham**  
**Compostellā-**  
**num.**

ANNO DOMINI M. XC. Eckbertus Marchio rursus multiplicato exercitu cogitabat Wigberti partes inuadere: Sed in molendino quodam, ante quam appropiare, turpiter occubuit. Wigbertus igitur ex coniuge nobilissima, nomine Iuditha, Vratislai, regis Boiemorum, filia, duos suscepit filios, Wigbertum iuniorem & Hearicum, fratre eius, & filiam nomine Bertham, semperque de die in diem felicioribus ibat succrescens successibus, ita ut non solum Saxonie Principibus, sed etiam ipsi Imp. Henrico videretur esse formidabilis. Qui inuidiam contra eum cœpit habere quam maximam, cumq; à statu tantæ felicitatis moliebatur euertere, oblitus iustitiae, nec memor sui fidelis, & haec tenus consortis in magnis ac frequentibus periculis & laboribus. Tandem omnibus pro voluntate circumpositis, ne abuteretur diuinatus sibi concessa tranquillitate temporis, Wigbertus iam meditabatur, qualiter apud Deum posset felix fieri, de cuius mundanæ felicitatis enormitate homines liuore tabescerent edaci. Tanquam ergo ipsum suæ salutis auctorem audiret comminantem: Præuaricatores redite ad cor: postmodum breui fundator Bigauiensis cœnobij futurus ipso miserante, qui quos prædestinat, vocat, corde compunctus est, & licet sero tandem ad se converteret, ante suæ mentis oculos, quæ & quanta commiserit, reuocavit, quoties scilicet aliena diripuerit, quantos cædibus, incendijs ac rapinis affecerit, nec solum facultatibus, dignitatibus, prædijs, vrbibus, sed insuper vita ipsa priuauerit: & vt hæc omittam, quantum Romæ apud limina beatorum Apostolorum, & in exultatione basilicæ B. Jacobi in Ziza commiserit. Ex hotum omnium recordatione medullitus ingemuit, & eum, sine quo nihil valeat humana fragilitas, eius dirigere consilium omni instantia depositit. O quam efficax semper est sententia, ore sanctorum, imo à Spiritu sancto prolatæ, vt ubi abundat iniquitas, superabundat gratia. Eo interius se vocante, Wigbertus à moribunda vitiorum consuetudine resuscitatus, & diuina voce lapidei cordis eius duriciem penetrante, per confessionem & pœnitentiam foras prodire commonitus, ad Herduigum Magdeburgensem & Wernatum tota animi deuotione se contulit: quibus sui reatus enormitate, & satisfaciendi voluntatem aperuit, vtpote talibus, qui mederi morbos animarum nostent: & ipsorum arbitrium omnimodis, pro posse suo satisfacturus. Hi verò tametsi iudicio suo & auctoritate illū emendare se posse non diffiderent, tamen pro modo satisfactionis aliquantus ei relaxando, quod potissimum arbitrii sunt, ad limina beatorum Apostolorum Româ, & ad pedes Domini Apostolici ipsum venire blandè persuaserunt. At ille nihil moratus, cōire non grauiter tulit. Paucis ergo secum assuntis, Romam, vt consultum fuerat, deuenit. Vbi prostratus humili, limina Apostolorum, quæ olim sanguine fœdauit, veræ pœnitentiæ lachrymis irrigauit. Dehinc opportunitate sibi data, ad Domini Apostolici pedes præsentatur. Cui cum summa deuotione itineris sui occasionem, & peccatorum suorum enormitatem ac feceditatem ex ordine confitetur. Tum Apostolicus ex suorum auctoritate prædecessorum, veræ ac salutaris medicinæ experientia luculentissimus, & in exhibenda satisfactionis moderatione discretissimus, quibusdam pro inculcanda diligentius pœnitentiæ compunctione prælibatis, ad Patriarchâ Hispaniensum, vitæ merito ipsi etiam Papæ admirabilem, & apostolicæ auctoritatis virum, eum transmisit, secretiori scilicet habito consilio, vt ei grauiorem itineris laborem, vel aliquam impedimenti necessitatem, Deo disponente, ingereret: & vt illius in omnibus obtemperaret præceptis & consilijs, consuluit. Ad hunc etiam ardentí desiderio properauit, & eidem quæcumq; haec tenus circa ipsum gesta fuissent, ex integro notificat. Qui non ex propria sed Ecclesiastica censura imponens ei pœnitentiæ modum, secundum magnitudinē critimum

minum præcauens, ne forte cucurisset in vacuum, nō vt exactor impotinus erga cōseruum, sed vt compassione proximus, animum periclitantis per eius remigium ad portum salutis recurrere festinantis, his salutaribus instituit monitis: De publicè pœnitentib[us] nostri temporis præjudicium quidem facere veremur, qui utinam essent pœnitentes, & non magis irridentes: qui postquam reconciliati recipiuntur, vel suscipiuntur in Ecclesiam, dissimulant vitam mutare pristinam: Sed quia non inchoare, sed perseuerare vera est iustitia, fidelissimè considera, quare tanta terrarum transieris spatia. Potuit enim, imò dignius quām ego debuit, Dominus Apostolicus tibi dare peccatorum indulgentiam, sed labore tanti itineris voluit experiri patientiam, vt ex hoc comprobato fructu patientiæ, tuæque perseverantia, remissiorem iam à me suscias modum pœnitentiæ. Potissimum ergo & saluberrimum iudico tuæ dilectioni consilium: eleemosynis tua peccata redime, quæ sicut ignis aquam, ea præualent penitus extinguere. Cæterū si suppeditat facultas, cui famulari debet bona voluntas, templum Deo ad venerationem B. Iacobi, cuius exuisti basilicam, ex tuis sumtibus construe, & illic Deo seruitores, quantos te posse arbitraris, aggrega, secundum Domini præceptum amicos tribut faciens de mammona iniquitatis pauperes, disciplinæ regularis ordinem conseruantes, vt cùm à vita præsenti defeceris, impetrant orationibus assiduis, vt in cœlesti mansione recipi merearis. Ad hæc Wigbertus, si tua paternitas, inquit, iudicat sufficere, sex fratribus conuenientem possum cellam facere, & eorum necessitat[i] quæ sufficiant, impendere. Cui Patriarcha prudenter obuians: Qui parcet, ait, seminat, parcet & metet: & quæ in hilaritate & abundantia erogauerit, etiam abundè recipiet. Et quia tenor regularis disciplinæ inter tam paucos non omnimodis poterit obseruari, si villo modo possis, ad hos totidem alios adde: quia vna facilius monasticum volent ordinem. Maiores si quidem egent medicina maiores morbi, grauiores labores maiora sequuntur præmia. Qui cùm omnia pro posse suo se facturum, Deo cooperante, & vitam donante, pollicetur, reliquias eidem Patriarcha, hoc est, pollicem B. Iacobi dedit, & Ecclesiæ reconciliatum cum peccatorum indulgentia & benedictione dimisit.

His ita feliciter transactis, ad sua regrediens, in urbem suam Leisnick diuertit. Vbi a suis cum frequentia læticiaque suscipitur. Quibus ex ordine causas & euentus itineris sui aperiens, consilium cum eis habuit, vbinam in sua ditione locus cœnobio construendo conueniens esse videretur. Cumque de hoc diuersi diuersè, quid potissimum arbitrarentur, iudicarent, prudentiores tamen in id ipsum consenserunt, vt in vicinia sue vrbis Groisch, vbiunque conuenientissimum foret, prospicere debuisset. Quo cùm eodem animi deuoto tenderet proposito, villam quandam Hila dictam foriè transibat, in qualinea basilica sita est, quæ tunc ex vetustate lignorum penè dilapsa fuerat. Ad hanc orationis gratia cum suo familiari, nomine Gisclero secessit. Huius enim moris erat, vt nunquam ecclesiam, nisi oratione facta, præteriret. Surgens igitur oratione facta, mitabile dictu, scrinium reliquiarum, altati superpositarum, instar libri diuinitus viditaperiri, & exinde contra se vibrante plendore, virtutam magnanimi pectus horrore perculit, vt in suo statu vix persistere potuerit. Inde digrediens, prædictum suum familiarem sciscitatur, si quid viderit. Quo dicente, se quidem nil vidisse, horrorem tamen immensum pertulisse: narravit quid viderit, aitque id in animo sibi esse, eandem basilicam renouare. Quod cùm statim ex suo sumtu mandasset fieri, cœpto itinere Groisch deuenit. Ibi etiam cum exultatione non modica suscipitur, impatiensque moræ, desiderium ac votum suum, quod inde sinenter animo voluebat, prudentioribus aperuit: quibus visum est, vt in loco quodam eminenti, eidem castro adiacenti, Nible antiquitus, nunc *Alte Groisch* dicto id fieret. Sed altiori consilio quibusdam cautoribus id satis difficiluit, prudenter coniscientibus, si aliquando, vt post accidisse claret, idem castrum obsidione vallaretur, illum locum hostibus fore refugium, & inibi commorantibus desolationis excidium. Postea placuit, vt cis Elistram fl. vbi nunc villa quædam Wolftitz dicta, Bigauensi villa contigua, adiacet (quia ille tunc citra plateam satis amoenus & amplius locus vacabat) hunc operi tanto designaret. Sed quia publica platea cunctis occasionem, seu necessitatem frequenter transeundi faceret, & id ibidem Deo seruituris detrimentum ac ruina foret, etiam id consilium in irritum cessit. Cumque diligentius

## PEGAVIENSIS MON. HISTORIA

**Pegavia.** **ii** considératione circumquaque cuncta præuidisset, ad Occidentalem plagam Bigauensis villæ locum, ut credimus, huic operi diuinitus designatum, perspicunt admodum habilem, sed non ex omni parte suæ ditionis. Quidam enim Erpo dictus municipium habuit, eidem loco contiguum, qui tamen heredem non habuit, sibi quoque consanguinitate & amicitia coniunctissimus fuit. Cui cum suum aperuisset animum, habuit eum omnimodis consentaneum, ipse tamen alijs illum beneficijs in Saxonia doceauit, ut eiusdem loci proprietate se penitus abdicaret. Iussit igitur eundem locū complanari, munitionem quoq; penitus auelli.

**Erpo.** **A N N O D O M I N I M. X C I.** Diuina igitur Wigbertum inspirando clementia præueniente, eadem quoque cooperando sub sequente, quia caritas in eo diuinitus accessa, ociosa esse non potuit, qualiter deuotissimi sui propositi decenter opus inchoaret, ac decētius cōsummaret, perdius ac pernoq; animi sagaciss. crebra meditatione voluebat. Commodum ergo ratus, ut a loco suo Vratislao, rege Boicimiz, solatium & consilium conquereret, non neglexit eō venire. Qui laudabile viri votum, vt pote sui generi gratanter commendans, lepingenta eidem ad manus talenta dedit. Qui reuersus domum Hertwigum, Magdeburgensem Archiepiscopum adjit, inuitans & flagitans, ut loco cōsiderato fundamenti, ei cōmeteriorum benedictiones daret. Cum quo etiam Walramum Zizensem, & Albuinum Mersepurgensem venire corrogauit. Qui conuenientes sacerdotalis officij iura persoluunt, dataq; benedictione Wigberto consuluerunt, ut proprijs humeris per duodecim angulos fundamenti totidem cophinos lapidum primus deferret, scilicet imitando factum religiosissimi principis Constantini, qui primus ac potissimum Ecclesiarum Christi fundator inter Principes exiit. Paruit ille libens, suoq; omnes tanto voluntarij laboris accedit ardore, ut non sicut aliatum Ecclesiarum fundatio mercenariorum sit labore, sed manu militari, ac illis obsequentium instantia certatim ferueret opus, ita ut infra triennium, vsque ad cacumen turriū sine aliqua intermissione assurget. Curiam interim sibi eidem operi conguam, in loco, vbi aunc hospitale situm est, constituit, & capellam Deo & B. Nicolao confessori statim construi fecit.

**Swarza.** **A N N O D O M I N I M. X C I I.** Dehinc vtile dicens, ut aliquem religiosi propo-  
fici virum inquireret, qui fratribus sibi sociatis manum eidem operi summam impone-  
ret, officinas constiueret, præcipue diuinum officium initaret, cœnobium Swarza di-  
ctum sibi notissimum, vt pote in religione præcipuum, adiens, Dominum Beronem,  
**Bero, primus Abbas Pegauensis.** aliasque tres fratres, tanti laboris confortes, ibidem impetravit, cui sui cœnobij curam  
demandauit. Huic aliquando triginta marcas ad usus fratrum & impensas ædificiorum  
dederat: quas is balneatum iens, cinguloque clauem innectens, reliquerat. Tunc qui-  
dam ex laico conuersus, moribus & astutia peruersus: cuius fraudulētiam Abbas suis,  
**Eiusdem negligētia.** quia simplicis admodum naturæ erat, minus notauerat: & quia boni interdum quod  
sunt dissimulant, mali vero quod non sunt, omni nisu simulant, eundem p̄t ceteris sibi  
in ministrum ascuerat. Is sicut Iudas huiusmodi beneficijs nequiter abusus, tandem op-  
portunitatem, diu reor, præmeditatam, noctis, eius Abbatे balneum intrante clauem  
furtim surripuit, pecuniaq; sublata aufugit. Hoc Wigbertus comperto, nec modò pri-  
mū Abbatis negligentiam expertus, quamuis id ex simplicitate, non ex prava volun-  
tate accidere perpendisset, tamen eum à se remouere cogitauit, quia pertalem virum  
locum suum promoueri non posse sèpius animaduertit. At ille pollicitus, omne da-  
mnū quod acciderat restituere, inducijs ab eo impetratis, ne videlicet tanti dispēdij in-  
famiam incurreret, ad claustrum suum rediit, & infra aliquod tempus à notis & consan-  
guineis quantitatē argenti negligentē perdit totam recuperat. Reuersus deinde to-  
to vita tempore pro posse laborauit, fratrum tamen numerum nullatenus amplia-  
uit, & sine pastorali benedictione satis maturus io. Cal. Ianuarij defungitur, & ibidem  
sepelitur.

**Iterata Vratislai Boemii in Vipertum munificientia.** **A N N O D O M I N I M. X C I I I.** Dominus Wigbertus omnibus penè consum-  
tis a loco suo collatis, denuò misit ad eum, nec solita consolatione frustratus est. Tre-  
centa enim ei talenta ad supplementum inchoati operis iterum transmisit. Eodem an-  
no idem Vratislauis in venatu ex equo lapsus, subitanea morte obiit, vir utiq; in suo prin-  
cipatu

**Mors.**  
**Iterata Vratislai Boemii in Vipertum munificientia.**

## DE VIPERTO GROICENSI.

12

cepit omnibus antecessoribus suis honoris ac potentiae seu diuitiarum dignitate incomparabilis, etiam Imperatori cunctisq; Principibus Teutonicis formidabilis, regni tamen cooperator fidelissimus, in multis necessitatibus a rege Henrico regnante frequenter comprobatus, & ideo non immerito regij nominis excellentia ab eodem Imp. sublimatus, regali quoq; circulo & lancea primus in ea gente insignitus. Reliquit quinque filios, quorum unus Borwic dicebatur, qui patre defuncto ducatum aliquo tempore obtinuit, alter Vdalicus, qui postea Lothario regnante principatum adeptus est.

A N N O D O M I N I M. X C V. summa manus monasterio Bigauensi cœnobij imposita est. Et Domini Bekonis industrial locum sibi commendatum non segniter administrando gubernante, plures officinæ ad usus fratrum institutæ sunt.

A N N O D O M I N I M. X C V I. V I I. Cal. Augusti dedicatum est monasterium Bigauensis cœnobij a venerabili Domino Hertwigo, Magdeburg. Archiepisc. cooptatis eidem Episcopis Alboino Merseburgensi, Walrabano Czicensi, Ezelino Huelburgensi, in præsentia Domini Wigberti, eiusdem loci fundatoris, alijisque nobilibus quamplurimis, filijs quoq; suis Wigberto & Henrico præsentibus. Eodem die Domina Juditha Comitissa, filia Vratislai, Boiemici regis, coronata, & auro textis induuijs regaliter adornata, processit, & coronam auro gemmisque insignitam, & cycladem auro textam, instar Dalmaticæ, & preciosissimi operis, quam sub mantello ferebat, etiæ auro texto, induita. Haec duo insignia ipso die super altare Deo sancto que Iacobo dicauit. De quibus scire volentibus, si quod deuenerint, queratur, sicut comperimus, coronam quidem postea dominus Windolfus Abbas pro possessionibus in Turingia comparandis utiliter expendit, cycladem vero dominus Wigbertus iunior postmodum vice patris in Italiam ad Imperatoris obsequiū profecturus, sustulit, data pollicitatione, quanti valeret, tantum argentum restituere. Burcardus autem Monasteriensis Episcopus, cognominatus Rufus, cyclade considerata 40. marcas pro ea dedit. Sed Wigbertus ab Italia reuersus multis interuenientibus impedimentis, eas soluere non potuit ante suū obitū.

Hæc est autem summa bonorum Bigauensi Ecclesiæ, quam Dominus Wigbertus Marchio in honorem S. Trinitatis & S. Mariæ, sancti q; Iacobi Apostoli construxit. Dotauit enim eam ciuitate eidem adiacente cum omnibus suis attinentijs, syluis, pratis, paucis, exitibus & redditibus, aquis aquarūq; decursibus, molis, molēdinis, areis, cultis, in cultis, punctionibus, venationibus, cū & iisq; quæ dici vel nominari possunt utilitatibus, excepta vna platearū extrema, versus Sepentrionē sita. Dedit præterea eidē Ecclesiæ ad dotis augmentū duas villas, quarū vna Hilpertitze, altera Wurtzen dicitur, cū vineis & pratis adiacētibus, & molendino, & in Stonse 9. mansos, & decem solidos in Lutzke, quibus ad illuminandam S. Mariæ capellam luminaria compararentur. Processu ergo temporis religione & fratrū numero crescente, donauit Dominus Wigbertus, maiora, ad fratrum solatia, villas scilicet has, Muchelitz, Boritze, Carlesdorf, Henrichsdorf, Lippen, cum pratis & pascuis, & omnibus alijs attinentijs eorum. Et in Borckwice 4. mansos, & Ecclesiam in Luzke, cum decimis 16. villarum, & ecclesiam in Diemarsdorf & in Suchesdorf nouem mansos. Quæ post hæc ab eius filijs, & ab alijs plerisq; fidelibus Ecclesiæ nostræ Bigauensi tradita sunt, congruo loco dicemus. Nunc ad ea, unde paululum digressi sumus, redeamus. Præfatæ namq; dedicationis festiuitate per dies quinque solenniter protensa, domina Juditha Comitissa totidem diebus singulis mutatoria in signibus æqualiter redimitis non sine admiratione cunctorum adornata processit. Omnibus igitur pro voluntate domini Wigberti decenter ordinatis, cunctisq; valdicens, totius concionis soluit frequentiam. Dedit præterea ad ornatum pulpiti lapides scachorum crystallinos & eburneos sculpturis insignes.

A N N O D O M I N I M. C. Dominus Bero, Abbas, haftenus huic loco tam pro posse, quam pro nosse prospiciens, tandem laborū suorū præmia recepturus, migravit ad dominum, & in antiquo fratrum conuentu iuxta introitum monasterij sepelitur.

A N N O D O M I N I M. C. I. Eo tempore regularis disciplinæ distictio, quæ secundum Hirsaugiensium institutionem iam laudabiliter ubiq; propagari cœperat, præ ceteris Saxonie cœnobij apud Corbeiam, regalem Abbatiam, vigebat, cui tunc Dominus Marquardus Abbas, vir veneratione & memoria dignus, præsidebat. Hunc dominus Wigbertus adiens, ei cuncta ex ordine pandit, quibus eius afficeretur animus,

*Liberi.**Paganis tructio abs- luta.**Eiusdem de- dicatio.**Juditha, Pi- perti uxoris, eiusq; ævum etiæ.**Vindofus Abbæs.**Vipertus iu-**nior.**Summa pos- sessionis a Vi- pertu monast. Paganis. traditorum.**Juditha se- natu.**Beronis Ab- batæ more.**Corbeia Sa- xonia.*

Vipertus fuit  
 det incrementum  
 in monast.  
 Peg.

scilicet quia cœnobij sui status ac religio haec tenus minus quam sperauerat ad regularis  
 disciplinæ sit augmentum prouecta: hac sola tamen occasione, quod ad tantum opus  
 initiandum cooperatores idoneos huius propositi non haberet vel habuerit. Proinde  
 quicquid eius prudentia potissimum videretur, se factum pollicetur. Hoc tamen sui  
 obsequij frequentia se omnimodis promeriturum, si ex eodem sacræ congregatiōnis  
 collegio, quemcunque sibi iudicaret utilem fore, cum aliquantis eiusdem laboris con-  
 sortibus secum destinaret. Promisit deniq; si eius petitioni tantummodo satisfaceret,  
 se ad eorum usus ex prædijs suis sufficientia præbiturum. Cuius in Christo desiderium  
 ac petitionem Abbas, religionis ac iustitiae tenax, grata ter accipiens, totius conuentus  
 super hoc consilium ac voluntatem sciscitatur, & omnibus in idipsum cōsentientibus,  
 talem tantumque virum in tam pio voto non frustrandum, cum eorum unanimi cō-  
 sensu dominus Windolfus venerabilis Monachus, ad hoc opus idoneus esse ac utilis,  
 iudicatur. Nec immerito. Is enim ob vitæ continentiam, & religionis obseruantia tunc  
 cuidam cellæ, eidem Abbatia pertinet, prælatus erat, qui prælati Piores dicuntur, ubi  
 confratribus sibi commissis strenue præfuerat. Antea etiam scholarum regimen narra-  
 tur tenuisse, litterarumque scientia laudabiliter clariusse. Canonizatum quoq; in præ-  
 positua, quæ Hilgestat appellatur, habuerat, sed eo propter Christum postposito, reli-  
 gionis amore deuictus, apud Corbeiam est suscepitus. Tum autem in Abbatem promo-  
 uetur, alijq; fratres ei ad solatium adiunguntur, è quibus Ludigerus, qui postea in Rei-  
 nestorff Abbas extitit, in priorem ei designatur. Plurimis etiam necessarijs donatus est,  
 ac inter cætera his libris, Antiphonario & Graduali, libello missali, Regula & psalterio,  
 quæ usq; hodie apud nos perdurant. Præterea reliquias B. Viti martyris, & aliorum san-  
 ctorum, Dominus Marquardus Abbas ipsi dedit, eoq; fidei domini Wigberti fideliter  
 commendato, valedicens omnibus eos dimisit. Verum cum dissensio inter regnum &  
 sacerdotium non modica exorta tunc esset, ita ut nullus istius prouinciae sacerdotum  
 Imperatori Henrico communicare dignaretur, Dominus Wigbertus Abbatem suum  
 ad Archiepisc. Moguntinum Ruthardum, qui tunc apud Erpfurterat, secum eò ad-  
 ducens, ut ab eodem pastorali benedictione sublimaretur, impetrat. Cum quo simul  
 eiusdem ciuitatis Abbas nomine Burcardus eodem die consecratur. Deinde dominus  
 Wigbertus cum Windulfo Abbatem ad sua reuersus, cœnobium suum eius fidei tradidit,  
 Peg. monast. ab Windolfo  
 Abb. diligenter  
 tuis excultu.

vt loco animæ suæ illius in omnibus utilitatib; prouideret. Qui locum sub sua proutidentia  
 suscipiens, quanquam adhuc rudem, informem, incultum, præcipue Deum sibi coope-  
 ratorem fore certissimus, velut aliquis exarator sigilli peritissimus, prædecessoris sui pu-  
 fillanimitatem ex tam modica omnium officinarum institutione perpendes, prioribus  
 & artificiis oblitteratis, potiora cœpit construere, quæ laboris industria, liberalitate quoq;  
 domini Wigberti per omnia fretus, perduxit ad vnguem. Loco enim considerato, in-  
 formia seu palustria loca complanari & extirpari à veprium aliarumq; sordium spurci-  
 e fecit: omnia dilatauit & auxit, & in Ecclesia sibi commendata tanquam in sigillo per-  
 fecti decoris imaginem, usq; hodie sui artificis attestantem efficaciam, sapienter excul-  
 psit. Fratrum inter alia numerum ad 40. & eo amplius ampliavit, quorum quotidiano  
 labore municipium illud domini Erponis, de quo præfati sumus, vallis ac vallibus inex-  
 pugnabili terrarum exaggeratione glomeratum ita complanauit, ut hortus ibidem fie-  
 ret, qui diuersa fructuum & olerum vberate refertus, crebro ciuitatē Dei eandem lax-  
 ificaret. Præterea locum, qui usq; ab eo Abbatisdorff appellatur, iuxta fluum Wira in  
 Orientali plaga cœpit incolere, & arbores & arbusta circumquaç; funditus euellere, &  
 densitate syluarum extirpata dilatare noualia: Vbi Ecclesia constructa, & curia usui in-  
 habitantium abundantiter ditata, nostris fratribus in perpetuum fore, constituit. Villam  
 etiam Bigauensi villæ contiguam nomine Wolftitz ex proprio labore statuit, cuius an-  
 nuale redditum ad talentum adauxit. Locum etiam quendam ad Occidentalem plagā  
 eiusdem villæ ad usus fratrum octo solidorum censu utilem reddidit. Cuius industriam  
 ac diligens in loco sibi commendato propositum, Dominus Wigbertus considerans, &  
 diligenter approbans, ei liberalissimus in omnibus cooperato extitit, cunctisq; suis idē  
 summopere faciendum iniunxit. Quod non solum eo superstite, sed & deinceps deuo-  
 tē compleuerunt, tam ob Domini sui dilectionem, quam ob suarū animarū remedium,  
 præter cotidiana beneficia plurima eidem cœnobio prædia conferentes: quæ congruo  
 loco dicemus.

ANNO DOMINI M. C. 1111. Post hæc Dominus Wigbertus nouale quod-dam in Mersepurgensi diœcesi fecit exarari: partesq; Franconia adiens, vbi Dominam Sigenam, matrem eius, in Lengenfelt fuisse maritatem nos antè retulisse, meminimus, plurimos eiusdem prouincia colonos inde transtulit, quos præfatum pagum, sylua fun-ditus extirpata, præcepit incolere, & hæreditario iure deinceps possidere: ac, vt ridicu-losum quiddam inseramus, quemlibet illorum cum familiolæ suæ contubernio villam vel possessionem proprio labore cōsitam, etiā ex suo nomine nuncupare. Plurimis ergo villis inter fluuios Mulda & Wiram locatis, Dominus Wigbertus nondū deuoiff. ppo-siti sui pertæsus, sed indefesso labore ad opus pietatis anhelans, vt sex saltē fratribus cella ibidem fieret congrua, quem locū parochiam esse omnium circumiacentium villarū dispositum, eumq; Bigauensi cœnobio subiectū fore, voluit. Quod quia sine cōsensu seu permissione Domini Alboini, ac totius cleri Mersepurgensis, nec effici potuit aut debuit, cum petitione supplici ipse voluntatem super hoc conuenit eorū. Qui ob tanti viri erga religionem ac pietatē, iustē petita seu desiderata concedentes, & cōcessa cū auctoritate totius Ecclesiæ rata fore statuentes, annuerunt, vt Episcopus de decimis villarū omniū eidē parochiæ attinentiū, sed & aliarū infra Wiram & Sundram fluuios in Burcwardio Groisch iacentium, priuilegiū daret. Cuius exempli causa exemplar hīc transcribimus.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Alboinus, Dei gratia Mersepurgensis Epi-scopus. Notū sit omnibus fidelibus, tā futuris quām præsentibus, qualiter ego ob inter-eiudicem di-  
ventionem Domini Wigberti & Windulfi Abbatis decimas villarū, quarum nomina ploma de pa-gis territorij Groicensis. subscripta sunt, & cæterarum, si quæ circa hæc loca adhuc instituentur, ob remedium animæ nostræ monasterio Bigauensi in honorem S. Iacobi cōstructo, & prouisorie eius Windulfo tradidimus: Scasslansdorff, Ottendorff, Scarndorf, Monichroth, Luziki, Snor-erd, Zulanestorf, Belanestorf, Milanistorff, Drogistorff, Scazintorff, Wadisdorf, Wę-feska, Euerhardisdorf, Moistorf Sescince, Kosowo. Hæ autem sitæ sunt in Burcwardio Groiska in Comitatu Vdonis Marchionis, inter fluuios Wira & Sunda. Actum anno 1105. indictione 12. 9. Cal. Octob. anno nono ordinationis eius, consentientibus illius Ecclesiæ Canonicis Huberto Vicedño, Dietoldo Decano, Magistro Scholarum Wal-thero, & laicis Ludigero, Henrico, Gisilberto & alijs clericis & laicis quamplurimis. Ego Alboinus propria manu subscripsi. Misericordia Domini plena est terra. Si quis autem diabolo instigante huius nostræ traditionis impius violator extiterit, perpetuo se sciat anathematis vinculo esse damnandum.

ANNO DOMINI M. C. VI. Dominus Wigbertus Comes cœnobij sui com-modis non tantum in præsens, sed etiam in futurum prouidens, consilio Domini Windolfi Abbatis, cæterorumque sibi fidelissimorum, decreuit eundem locum iuri seu po-testati Sedis Apostolicæ in perpetuum mancipare, quatenus eum in posterum nullius secularis personæ dominio vexari contingeret. Proinde vice sua militem, nomine Lu-uonem, in agendis negocijs & causis industrium, sibique familiarem, ad Apostolorum limina Romanam direxit, qui Romanæ libertati cœnobium idem allegatione fideli de-stinaret, & ab Apostolico dari super hoc ipsa traditione priuilegia impetraret. Dominus ergo Paschalis Apostolicus, huius nominis secundus, beati Petri vicarium ad-ministrans, cognitis causis itineris eius, auctoritate fretus Apostolica, cum sigilli sui im-pressione Bigauense cœnobium hac priuilegij confirmatione sanciuit. Paschalis Epi-scopus, seruus seruorum Dei, fidelibus per Saxoniam salutem & Apostolicam benedi-ctionem: Desiderium, quod ad religiosum propositum, & animatum salutem pertine-re cognoscitur, auctore Deo, sine aliqua est dilatione complendum. Wigbertus siquidem Saxonice gentis illustris Comes, in Mersepurgensi parochia in loco prædij sui, qui Bigowia dicitur, monasterium pro sua suorumque salute construxit: quod missō vi-ce sua Luuone spectabili milite super B. Petri altare obtulit, & in perpetuum iuri sedis Apostolicæ mancipauit, aduocatiā tamē ipse met dominus Wigbertus habiturus, exce-pit, post eū aut posteritatis suæ natu primus, siquidē iustē & utiliter Ecclesiæ præesse vo-luerit, sin aut, quod Deus auertat, posteritas sua defecerit, Abbas loci eiusdē seniori cō-filio suorū utile sibi & Ecclesiæ eligat Aduocatū, quē voluerit. Nos ergo ei⁹ desideriū lau-dabile p̄sequentes, decreti præsentis auctoritate sancimus, vt tā p̄fatus locus, quā omnia ad eum pertinentia, sub Apostolicæ sedis tutela munita semper & illibata permaneant,

## PEGAVIENSIS MON. HISTORIA

*Censu annu-  
us Pontifici  
Rom. depen-  
dendus,*  
 seruorum Dei illic degentium vsibus omnimodis profutura, vt tamen vnius aurei cen-  
 sus annuus Lateranensi palatio persoluatur. Nulli omnino hominum licet eundem  
 locum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, minuere, vel quasi ipsi de cau-  
 sis vsibus suis applicare. Sanè sepulturam loci illius omnino liberam esse decreuimus,  
 vt eorum, qui sepeliri illic deliberauerint, deuotioni & extremæ voluntati, nisi forte ex-  
 communicati sint, nullus obstat. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium  
 siue basilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad sacros ordines sunt promouendi,  
 ab Episcopo, in cuius die cesi sunt, eiusdem loci fratres accipiant, siquidem gratiam at-  
 que communionem Apostolicæ sedis habuerit, & si ea gratis ac sine prauitate voluerit  
 exhibere. Alioquin à quouis catholico maluerint antistite, consecrationū sacramēta ac-  
 cipiant. Portò nullus ibi in Abbatē qualibet surreptionis astutia seu violētia præponā-  
 tur, nisi quem fratres communi consilio, vel fratrum pars cōsilij sanioris secundū Dei  
 timorem, & beati Benedicti regulā elegerunt. Si quis aut, quod absit, huic nostro de-  
 creto, in perpetuum mansuro, contraire voluerit, anathemate feriatur, & honoris atq;  
 officij sui periculum patiatur, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit.  
 Obseruantibus autem hæc pax à Deo & misericordia perenniter conseruetur. Amen.

Eodem anno Henricus Imp. obiit.

*Henricus V.  
Cas.*  
*Iuditha, con-  
iugis Rberti,  
mors.*  
*Funer.*  
*Exequia.*  
*Monumentū.*  
*Rberti mu-  
nificientia in  
monast. Peg.*

ANNO DOMINI M. C. IX. Hoc anno Henricus Rex, huius nominis quintus, Natalem domini Maguntiæ celebrare dispositus. Quo cùm Principes Teutonici, magno fulti apparatu, solemniter vndiq; conuenitent, Wigbertus etiam cum filiis suis Wigberto & Henrico affuit, quibus, prohdolor, eadem festivitas in luctum conuersa est. Domina enim Juditha, Comitissa, omnium veneratione memoriaque digna, Deo, sicut speramus & opamus, piè disponente, pro bona liberalissima erga nostrum cœnobium sua voluntate, cum beatis coniugatis in natuitate sui Salvatoris Angelico carmine, gloriam in excelsis agno, qui tollit peccata mundi, canitura, & in sinu Abraham cum requie cœlestibus pro terrenis fruitura, in suo patrimonio, Budissin dicto, 16. Cal. Ianuarij viam vniuersæ carnis ingreditur. Nunc ijs igitur celeriter vtrinque missis, qui huius obitum non solum Domino Wigberto filijsque suis, sed etiam Boiemiæ Princibus, dominæ Judithæ fratribus, referrent, interim illius exequijs ab omnibus cateruatum occurritur. Verùm dominus Wigbertus relatione tam tristi per nuncios accepta, statim à rege impetrata remeandi licentia, flebilem de coniugis suæ decessu querimoniam edit: legatoque quantocuyus præmisso, qui corpus interim ad Bigauiense cœnobium deferri faceret, illud ab Abbe Windolfo cum honore, & à fratribus eius cum luctu & cantu ritè suscipitur, ipse verò dominus Wigbertus cum suis velocius consequitur. Quo tandem adueniente, Princibusque Boiemiæ simul occurrentibus, lamenta fiunt ingentia: fit concursus è populorum frequentia, qui inter 4. dies vndique confluxerant, ex quo Bigauiae corpus allatum fertetur, & continuè superpositum & inhumatum remanserat. Præterea Episcopum Misnensem, qui cum exequijs aduenerat, dominus Wigbertus, & Alboinum Mersepurg. & Walrabanum Zicensem inuitauit, qui stipati ordine Clericorum, adueniunt, & debita veneratione deuotè exequiarum officia persoluunt. Quo tandem titulo tantæ tamque celebres exequiæ, quo lectori satisfiat, merebütur intigniri vel determinari? Breui prorsus. Quid enim breuius dici, aut verius poterit à nobis audiri, quæ terram terræ, cinerem cineri commendari? Sed proculdubio in spe singulari resurrectionis ac regenerationis constituti sunt, qui beatè in domino dormientes in pace requiescent. Quam regenerationis gratiam Dominæ nostræ Judithæ concedat redemptor animarum nostrarum, qui cum patre & Spiritu sancto regnat Deus, &c. Scieñdum tamen quia in loco, vbi monumentum eius factum apparet, ibi corpus non iacet, sed in crepidine altaris sanctæ Crucis, qui locus indicio tali manet adhuc notabilis. Idem enim altare tunc in altiori loco positum erat. His ita transactis, Dominus Wigbertus solita liberalitate erga nostrum locum usus, pro suæ coniugis animæ remedio specialiter ascribenda donauit hæc: scilicet mantellum eius preciosum, insigniter & artificiose satis auro textum, ex quo casula optima facta est, non tamen ad magnitudinem eius, vtpote in varias partes, tum utiliter tum inutiliter mutilati, cuius etiam aurifrisium in alteram cappam pergrande transpositum constat. Addidit huic etiam scrinium permagnum, & superlatuum, tam auro quæ gemmis

gemmis & electro decoratum: Prætereatres pergrandes cruces, etiam electro, gemmis & auro insignes, & earum bases argenteas: insuper vrceolum argenteum ad aquam benedictam congruum. Præter hæc duo candelabra, Græco opere fusilique decora, & optimam inuestitaram principalis altaris, quam ex eius supellectile fuisse tradunt, & velamen optimum, quod analogio summis in festis superponitur, in quo Euangelium recitat solet. Ex his omnibus quædam apud nos nunc non sunt: alia enim tempore famis expensa sunt, etiam pro comparandis distrahi contigit. Præterea ista domina Iuditha cum adhuc viueret, casulam viridis coloris cum aurificio huic Ecclesiæ dederat, sed & Beati Nicolai basilicam tam altaris quam sacerdotis præparatura, & duobus mansis regalibus in villa Borckwize donauerat, ad usus scilicet Presbyteri, qui iugiter ibidem Missarum solennia celebraret. Quis demum verbis explicet, quanta non tantum tricesima die, sed etiam infra, dominus Wigbertus liberalissimus, ægrotis, egenis, orphanis, <sup>In egenos.</sup> viduis largiendo, fami, nuditati, paupertati, omniq; eorum necessitatilargè subueniendo, misericorditer spenderit, denique qua frequentia, qua liberalitate ipsum tricenarium suæ dilectissimæ coniugis exegerit, quis dicere & quis scire modus? Et quia nil distinguunt tanta festuitate brevis hæc nostra relatio potest attingere, visum est lectoris ista prudentiæ iudicioq; relinquere.

A N N O D O M I N I M. C. X. Post hæc dominus Wigbertus de suæ coniugis obitu tandem vix ægræ consolatione recepta, necessarium dicens alteram sibi quodammodo matrem familiæ prouidere, relictam domini Cunonis, nobilissimi Principis de Bichelingen, nomine Cunegundam, ducere statuit. Quæ cum propositum viduitatis adhuc animo volueret, & eius petitioni annuere primò dubitaret, postmodum habito cum suis saniori consilio, quoniam multos potentes inuasores prædiorum suorum sustinere iam non poterat, quorum abundantiam ei vir suus reliquerat, et si non voluntate tamen necessitate petitæ coniugij copulæ consentit. Eorundem enim importunitate grauiter vexabatur, quorum fraudulentia vir eius nobilissimus occisus fuerat, clam contra ius & fas, nil ab eis utpote suis hominibus male suspicatus: quorum unus Edelgerus de Ilfeld, alter Christianus de Rotenburg dicebatur. Eius ergo consensu dominus Wigbertus comperto, satis hilariter, nec solum eius felici coniugio potitus est, imò persuasit ei, ut filiam suam præ alijs elegantissimam ac famosissimam, nomine Cunegundam, filio eius seniori, Wigberto scilicet despontaret. Quod cum impetrasset utriusque, videlicet tam matri quam filiæ, unâ nuptias solennes pater cum filio supra quam dic in nunc possit liberaliter exhibuere. Reliquas verò sorores quatuor nobilissimas Saxonizæ & Turingizæ principibus despontauere. Ea demum vicissitudine coniugij pactum, & fide à prædicta matrona firmatum est, quod si primò eadem Comitissa naturæ concederet, dominus Wigbertus & huius hæredes eius patrimonium obtinerent. Habebat autem inter cætera prædia sua Abbatiam in confinio Saxonizæ & Turingizæ Oldesleben dictam, quam præ omnibus specialiter Domini Wigberti, mariti sui, curæ dominioque commendauit. Eius enim res valde dilapidatae fuerant, religioque destruta sub regimine Luperti, Abbatis eiusdem cœnobij, cuius irreligiositas iam dominio Wigberto innotuerat. Quo meritò deposito, industria domini Windolfi Abbatis idem locus designatur, ut eius status illo cooperante, priores utilesq; fratres ibi prouidente, aliquo modo recuperaretur. Cui loco cum aliquandiu pro posse suo utiliter prouidisset, pertæsus tandem duplicitis laboris, (quia pluribus intentus minor est ad singulari sensus) pensansque ex eius loci prospectu, Bigauensis cœnobij defectum, comodius visum est, ut aliquem ibi præficeret, & suum ex hoc laborem relevaret. Quapropter dominum Ludigerum apud Corbeiam impetravit, cuius industriam iam pridem expertus fuerat: quia sibi præstitus prioratum apud Bigauiam strenue satis admisstrauerat. Hic eidem cœnobio prælatus, cum per multos annos præfuerit, in Ierosolymitana profectio, Conrado rege Christianorum exercitum ducente, in comitatu domini Bernhardi, Comitis de Plozeka, \* II. Id Martij feliciter obiit. Præter hæc potestatis imò felicitatis incrementū domino Wigberto per idem tempus accessit, qd' Viso quidā de Visenburgk, nobilis ac p̄diques, ei cōsanguinitate iunctus, ad extrema deueniens, ipsum omniū prædiorū suorum hæredem reliquit. Is congregatio-

*Alteren nuptia  
cum Cunegundam, vidua Cu-  
nonis Bichel-  
ingij.*

*Edelgerus II.  
feldius.  
Christianus  
Rotenburg.*

*Viperto F. Cu-  
negunda F.  
collocata.*

*Pasta dota-  
ria.*

*Oldesleben  
monasterii.*

*Ludigerus  
Abbas Oldes-  
lebensis de-  
signatus.  
\* prid.  
Bernhardus  
Comes de  
Plozeka.  
Viso Visenbur-  
gins hæredem  
Vipertum in-  
stituit.*

## 17 PEGAVIENSIS MON. HISTORIA

*Sigena.* sanctimonialium in eodem castello de prædijs instituerat. Quo defuncto, dominus Wigbertus venerabilem matrem suam Dominam Sigenam, iam secundo viduatam, ibi pausare vsque ad vitæ suæ terminum in sancta conuersatione concessit, ad cuius necessitates quantum fuerat dignum impenderat. Qua etiam post aliquod tempus ad dominum transeunte, VI. Cal. Martij ibidem in monasterio sepelitur cū duabus Abbatissis, quæ ciudem loci præfuerant congregati. Eodem tempore quædam prædiues matrona, neptis supra memorati Friderici, Comitis de Lengfeld, ad eundem locum se cum proprijs prædijs ad quindecim talenta contulit. Hæc cū ipsa facultate, tum collegarum suarum imò nobilitatis libertate abutens, animum domini Wigberti erga religionem sacram semper detentum grauiter offendit, qui non diu offensionis vindictam di simulauit. Situm enim eiusdem irreligiositatis occasionem non modicam afferre, ideoquetam ordinem ipsum, imò exordinationem, quām etiam loci sitū transponere cogitauit. Prædictam ergo virginum, vtpote fatuarum, cohortem sub intermissione locum iussit deferere, ne illum, quem Deo seruentes utiliter inhabitare possent, deinde inutiliter occuparent. Consilium enim à Domino Othono, Babergensi habuit Episcopo, cuius fama religionis ac pietatis latè tunc percrebuerat, vt in eiusdem castelli vicinia iuxta fluuum Vnstrom monasterium fundaret, in quo Monachis aggreditur, prædicti loci prædia eis confirmaret. Qui nil parere moratus, in loco qui Reinersdorff dicitur, sacræ religionis iterum fundator esse cœpit, Abbatemque suum Windulfum conuenit, quatenus aliquem virum industrium, & ad id opus utilem, eidem loco præficeret. Cui satisfacere per omnia sagaciter Abbas studens, dominum Ludigerum, fratrem venerabilem, de quo suprà retulimus, quod in priorem sibi datus, sed denuo receptus, Decaniam apud Corbeiam administrabat. Hunc igitur in Abbatem sibi dari obtinuit, quem eidem cœnobio præficere cogitabat. Quo apud Bigauiam reuocato, & regulariter electo, interim dominus Wigbertus, nuncio celeriter præmissio, præfatas sorores locum dare quantocyus iussit, demandans, vt absque villa retractione abscederent, nec illius aduentum, donec ipse cum Abbatibus & fratribus superueniret, villa ratione præstolari præsumerent.

*Henricus V.* A N N O D O M I N I M. C. X I. Henricus ergo iunior regno potitus filium Vratislai, regis Boiemiae, nomine Borvi, regno priuauit, & quendam nomine Zuetipolcum ei substituit. Ex hoc Wigbertus valde doluit, & vt restitueretur, summa deuotione Regem obnixè petijt, nec tamen obtinere potuit, & ex hoc Regi frequenter exprobrauit. Rex autem Zuetipolco consuluit, vt omnes primates, qui Worwice dicebantur, decollaret, illeq; paruit.

Deinde in Poloniam expeditionem suis indixit, & Wigberto, simul proficisciatur, imperauit. Qui sumbris duobus millibus profectus est. Cum ergo propter Borvi regem haberet infensum, Zuetipolcus cum rege plurima de Wigberto clam tractabat consilia, quod illius non dia latuit industria. Sapientius vero Zuetipolco media noctis tempore ab huiusmodi consilijs ante Wigberti tentoria ad sua redeunte, tandem cum suo egit milite quodam, vt transeuntem sicut heri & nudius tertius improuisum clam perimeret. Cuius transitum idem diligenter explorans, cuspede in eum vibrata inter scapulas Ducem transfixit. Illoque ruente, ad castra Wigberti miles aufugit. Exorto deinde clamore Boiemorum, vbi eis interitus Ducis innotuit, nil morati, præcipites aufugiunt, & regem positum in grandi anxiate relinquunt. Vocatus dehinc aerege Wigbertus, affuit. Quem Rex vt se cum suis à Polonia deduceret, obnixè petijt. Quod se facturum grataanter pollicetur, si Borvi per eum in paternum principatum restitueretur. Cuius petitioni refragari tandem non valens, vtpote necessitate ductus, annuit, & vt illum in paternam sedem reduceret, imperauit. Rex itaque festinus, Wigberto præduce Polonia decepit: Sed Wigbertus iuuenis, filius Wigberti, patre iubente Borwin in principatus sedem Pragam reduxit. Rege vero in partes Teutoniae usque in Nuenburg veniente, compertoque quod Wigbertus iunior Borvi reduxisset, & adhuc in Boiemia moraretur, Ladislaus magis fauens, fratri scilicet Zuetipolci, quem Wigberto inscio pro fratre dolosè in principatu subuixerat, eodē instigāte, seu cooptante, Boiemiam ingreditur, Wigbertum iuniorem & Borvi doli inscios insequitur. Cuius

*Fridericus Lengfeld.**Monache la- scientes ex- terminantur.**Otho Episc.**Pabebergen- sis.**Monasterium Reinersdorff à Viperto fun- datum.**Henryk V.**Borvii Boie- mus exau- clatus.**Zuetipoleus.**Vipertus.**Consilium crudele.**Cesaris ex- pedition Polo- nica.**Vipertus Zue- tipolcum emu- lum tollit per insidias.**Intercedit pro Borvi.**Vipertus iu- nior.**Ladislaus Zuetipolci frater.*

Cuius aduentu & dolo quasi præfati comperto, ad præsidium confugiunt, & Rex Wigbertum quidem in Praga, Borwi in Wissgrad obsedit, eosque per septem dies fortissime reluctantem tandem obtinuit, & captiuos secum abduxit, eosque in Hammerstein custodiæ mancipauit.

**A N N O D O M I N I M. C. X I I.** Wigbertus senior compertis his, quæ acciderant, grauiter doluit, nulloque alio pacto filium redimere potuit, donec urbem Leisnick & pagos Nisen & Budessen, vna cum vrbe Morunge, regi tradidit: quæ omnia statim Hogero, Comiti de Mansfelt, sibi familiarissimo, in beneficium Rex concessit. Wigbertus iunior relaxatus, non multo post cum Rege in Turingiam venit, vbi eum municipio quodam Ekehardberck, alias Eckersberg dicto, in beneficiauit.

**A N N O D O M I N I M. C. X I I I.** Rex ergo manifesto iam odio Wigbertum seniorem insectatus, Ladislao sibi auxilium ferente, Groiscam deliberauit inuadere. Wigbertus quoque iunior Nuenburg vrbe se sperans inbeneficiari, regi contra patrem fuit auxilio. Wigbertus autem senior electissimos quoque milites cum apparatu bellico, & militaribus instrumentis in munitionem vrbis aggregauit. Cumque ab exercitu Regis eò ventum esset, Ladislaus cum suis subita agressione natus est urbem expugnare, sed ultra 500. suorum amisit. Rex autem expugnationem omittens, post octo dies inde transiit, & Nuenburg vrbe quendam sibi familiarem inbeneficiauit. Sic que Wigbertus ab eo deficiens, ad patrem rediit.

**A N N O D O M I N I M. C. X I I I I.** Wigbertus igitur denuò Regis aduentum præcauens, amicitiam cum Sigefrido, Palatino Comite de Orlamunde, & cum Ludouico, Comite de Turingia pepigit. Qui ob huiusmodi apud Warenste de condixe colloquium. Quorum contra regem conuentione Hogerus comperta, cum trecentis insperatus aduenit. Ilii cùm impares armis ac militum numero ad resistendum essent, Ludouicus fugiens evasit, Sigefridus Palatinus occiditur, Wigbertus multis vulneribus sauciatus, captiuus abducitur, & in Leisnick custodiæ mancipatur. Deinde Wircburg in curia coram principibus habita regi repræsentatus, ab omnibus capitali sententia adiudicatur. Traditur ergo ad decollandum cuidam militi de Plischa Contrado. Qui cùm iussa perfidere moraretur, & in campo eius necem differendo, nuncium Regis meliorem aliquem expectaret, interea cuncti Principes Wigberto iuniori suggesterunt, ut Groiscam cum omnibus paternis prædijs ad reuocandam mortis sententiam pro patris scilicet redemptione regi deuotus offerret. Quod cùm fecisset, Wigberto quidem vitam indulxit, sed in munitissima vrbe sua Drunls eum reseruari per triennium circiter mandauit. Quo comperto Wigbertus iunior & frater eius Henticus contra Regem ad Saxones se contulerunt, & ob hoc cum Ludouico Comite rei maiestatis adiudicantur. Per triennium ergo patre in captiuitate posito, syluarum latibus, hominum destituti solatijs, instar feratum se fuosque tuebantur.

**A N N O D O M I N I M. C. X V.** Interim Henricus Imperator insolentia suæ modum nesciens imponere, omnes Principes Saxoniæ, censu ante inaudito cunctis indicto, vehementer infestabat, ita ut Episcopum de Halberstat Reinhardum, & Palatinum Comitem de Sumersburg, & Fredericum de Arnsberg, Rudolfum Nortmarchia potitum, singulos suis dignitatibus priuaret, aliosque sibi fauentes substitueret. Qua iniuria vnamimes commoti, cum Lothario, Duce Saxoniæ, & Wigberto iuniore & fratre eius Hentico cæterisque ab eo iniuriatis pariter adunati, multa conuenticula simul habuerunt, & tandem iuxta Cruciburg simul congregati, initum fœdus iuramento firmârunt. Inde proficiscentes castrum, quod Wallbeche dicitur, ad iniuriam Regis ædificârunt. Ex quo Hogerum Comitem omnibus modis infestabant. Wigbertus verò iunior iuxta Guntorf nemoris latibulo se occulens, ex aduersariorum frequenti inuasione necessitati propriæ subueniebat. Mense iam Nouembri opaca syluarum folijs deficientibus illustrabantur: quarum latebras sibi ratus deinceps haud fore tutas, ad Adelgotum tunc Archiepiscopum, suum nepotem, legatum cum petitione destinauit, vt in aliquo surditionis municipio cum sua coniuge Cunegunda, paucisque militibus eum con-

Vicogradum.  
Viperti iunioris & Borii captiuitas.

AUTOP.  
Hogerus  
Mansfeldius.  
Eccarsbergia.

Vipertus à Cesare hostis indicatur.  
Vipertus iunior captor.

Ladislauus Boemus.  
Sigefridus Palatinus Orlamund.  
Ludouicus Turingus.

Vipertus à Mansfeldio et pteus capititis damnatur.

Eiusdem Æt. regis & triennalis captiuitas.

Filiij maiestatis damnatio.  
In eundo consipratio & rebellio.  
Vipertus & Henricus fratres.  
Creutzberg.  
Hogerus Manfeld.  
Viperti iunioris exilium.  
Receptaculum apud Adelgotum Archiep.  
Magdeburg.  
Cunegunda coniuncta.

Luburg.  
Pribron.  
Goslaria.  
*Indicium tem-  
pistuum.*

cederet hyemare, quem bruma non sineret sub dio latitare. Cuius necessitati Episcopus compatiens, misso nobili viro, nomine Adelberto, Wigbertum vna cum coniuge, & quodam Suidigero, alioque Brunone, suisque quinq; ministerialibus, ultra Albiam in vrbe quæ Luburg dicitur, fecit collocari. Cuius praefectus vrbis, nomine Pribron, adhuc penè paganus fuerat, eò quòd ultra Albiam illis temporibus rarus inueniebatur Christianus. Quod factum ubi Imperatori innotuit, ad curiam Goslariae indictam Archiepiscopum euocauit, ignorantem erga se dolosè agi. Cum quo Wigbertus ad curiam legatum ex suis destinauit, quatenus si quid de se ibi ageretur, per eum rescribet. Cumque serò iam esset, ex quo postera die Imperator cum frequentia Principum erat assessorus, & de reipub. statu tractatus, quidam Archiepiscopo familiaris à suo nepote, qui in regis erat ministerio, est clām præmonitus scilicet Archiepiscopum regis circumuentum fraudibus, & non solū sequenti die deponendum, sed etiam cum suis omnibus capiendum. Quibus ille compertis, ad notitiam domini sui ea detulit: & ille nil moratus, in ipsius noctis tenebris, ignorantibus aduersarijs, & celeriter equis ascensis, Magdeburg ante medium noctem cū suis aufugit. Mane factō, factum Rex comperit, contemtumque regiæ maiestatis grauiter tulit. Querimonia ergo de hoc coram principiis habita, quorum fauore illius alebatur audacia, Archiepiscopus absens deponitur, & vltio fieri de Saxonibus reipub. contemtoribus illico decernitur. Expeditio-  
ne dehinc post 40. dies. scilicet 4. Id. Februarij suis omnibus indicta, apud Walchusen suum adunant exercitum, Saxonibus è contra pro posse in idipsum enitentibus. Ven-  
tum erat ad tempus indicium, ad locum, qui Welfesholtz dicitur, & ibidem propter

*Adelgots ex-  
auktoratus.  
Savones pro-  
scripti.*

W. flesholtz.

*Reinhardtus  
Episcop.*

*Hoger Mä-  
fildi temeri-  
tas.*

*Duclum cum  
Viperto in-  
more, & ce-  
des.*

*Saxonum vi-  
ctoria.*

hyemis asperitatem, ac niuium importunitatem, bellum in crastinum differtur. Nocte transacta, sub tempore primæ surgentis aurore, Reinhardus Episcopus inter Missarum solennia verba fecit ad populum, monens eos, diuinam implorare clementiam, satis af- firmans, Deum inuocantibus in veritate nunquam defuisse. Peractis Missarum solen- nijs regis aduentum constantissimè præstolabantur, & ad defensionem libertatis & pa- triæ se viriliter cohortabantur. Imperator adueniens, suas ordinavit acies, & in primo congressu Hogerus cum suis collocatus, prior omnibus à suis paululum cum quodam Ludolfo remotus, & audaciæ iactantiam iungens, solus equo desiliit, & manu gladium ereatum gerens, in Saxones præceps accurrit. Quem Wigbertus iunior duobus sibi sociatis, Conrado & Hermanno fratribus, viris valde præstantibus, aggreditur fortini- su, cuspide in eius pectus vibrata. Qua per Ludolfum confestim extracta, Hogerus Wigbertum ense commotus impetij, sed iactus, clypeo illum protegente, cassatur, fla- timque gladio per medium caput reuerberatum Hogerum prostravit, & nitentem exurgere, limboloricæ nudatum gladio transfodit. Sublato ergo clamore, cunei vitrius que partis consequuntur, & Saxones pro patria viriliter agentes, hostes nec spē nec ti- more enitentes, quasi oues tanto furore aggressi sunt, vt 30. seu 20. ab uno Saxone oc- cumberent. Tota ergo die pugnatum est, & nox interueniens bellum diremit. Ita Rex vietus fugatus est à Saxonibus, tota nocte metu insidiarum ibidem perdurantibus. Vi- tores vbi postera die Regem in Boiariam fugisse compererunt, ad sua redierunt.

*Adelgots  
Magdeburg.  
Ludouicus  
Turmo.  
Eruinus e Com-  
ite Monachus.  
Arnoldus  
Comes Mo-  
gunt.  
Adelbertus  
Archiepisc.  
Mogunt.  
Terremotus.  
Prodigia.  
Dedo de Cros-  
fig.*

A N N O D O M I N I M. C. X V I . fundatum est à venerabili Adelgoto, Archiepisc. Magdeburg. cœnobium Hallense, quod dicitur ad nouum opus. Ludouicus Comes absoluitur à vinculis. Eruinus Comes Monachus factus est. Apud Moguntiam ciuitatem concurrentibus ciuibus vna cum Arnoldo, ipsius ciuitatis Comite, Rex coactus, Episcopum Mogunt. Adelbertum à vinculis absoluit.

*Viperti iuno-  
ri excursio-  
& successus.*

A N N O D O M I N I M. C. X V I I . Non. Ianuarij, ante solis occasum, terræmo-  
tus factus est magnus, Luna in sanguinem conuersa deficere visa est. In Suevia terrible quiddam contigit: terra enim instar domorum ebulliens, subito in abyssum delabitur. Aer visus est igne pariter & sanguine mixtus. Igitur Wigbertus Dedonem de Crossig obnixè rogauit, vt miseræ suæ condolens, in aliquod municipium suum eum cum suis reciperet. Sed illo dicente, se militum eius insolentiam cauere, saltem atrium sibi Eccle- siæ concedi flagitabat. Quo annuente, cunctis in vicinia positis lignorum & lapidum abundantiam ei conuehentibus, infra 14. dies tutum sibi suisque ædificauit asylum, & circumquaque posita violenter inuasa suis dimisit militibus in beneficium. Nouem fe- rē dehinc transactis hebdomadibus, vrbem Dewin per insidias occupauit, tantumque auri &

auti & argenti, vestium, equorum ac cæterarum rerū ibi abundantiam diripuit, vt singuli ex eius militibus suam inde relevarent inopiam. Hac igitur urbe potitus, 24. in brevi circumposita subegit municipia, deinde auxilium ferente Adelgoto, Magdeburg. Archiepisc. & Gertrude Marchisa, matre scilicet reginæ Richnisæ, opitulante, duobus millibus militum Groiscam obsedit & obtinuit. Archiepiscopus Adelgotus cum Halberstadiensi Episcopo & Palatino Comite Friderico, Wigberto etiam & Ludouico, Numburg ob sidione vallauit, & adiacentem Turingię prouinciam grandi ex parte vastauit. Cumque ad diripienda pabula circumquaque discurreret exercitus, Henricus cognominatus cū capite multa per insidias intulit eis incommoda. Quapropter Wigbertus & Ludouicus cum ceteris nobilioribus per se statuerunt, ad direptionem pabulorum occupari, vt eidem possent insidiari. Quem cùm obuium habérent, fugiente in munitionem Arnsberg persecuti comprehendenderunt, & ad Archiepiscopum cæterosque principes producunt. Quo auditio urbani Numburg tradiderunt. Imperator etiam his compertis, Wigberium seniorem & Ludouicum, Burcardum quoque defecto vrbani expulsis, eam obtinuit. Eodē tempore ab Adelgoto Archiepiscopo præfecturam 1000. clypeis & 500. talentis præditam in beneficium accepit. Omnibus igitur suis ei restitutis, ad curiam Wormaciæ indictam perrexit, & Imperatori pro suorum recuperatione grates persoluit, & vt Marchia Luzensi ab eo insigniretur, promissis 2000. talentorum, exorauit. Imperator vtile sibi fore tatus, vt tantæ virtutis virum cum tali beneficio suæ familiaritati asciceret, dignitate, quam affectaret, insigniuit, ac deinceps inter reliquos Principes tam honore quam familiaritate parem habuit. Sed antequam remeandi licentiam ei concederet, cappa Dalmatica, & tunica, satis decentibus eum donauit, quæ ornamenta Monasteriensis Episcopus, rufus Burcardus, Imperatori obtulerat. Ita Wigbertus prosperis sibi succedentibus regali munificentia insignitus ad propriare meauit.

**A N N O D O M I N I M. C. X V I I I.** Paschalis Papa secundus obiit, qui priuilegium Bigatiensi cœnobio primus tradidit, impetrante hoc Wigberto, eiusdem cœnobij fundatore, postmodum Marchione Lusatiae. Pro Paschali Gelasius, qui & Iohannes, constituitur. Qui mox ab hæreticis expulsus, cum suis in Galliam fugiendo deuenit. Concilium magnum Coloniæ sub Cardinali Cunone, Prænestinæ ciuitatis Episcopo congregatum est. Iterum aliud concilium sub eodem in Fritislare. Saxones cum ciubus Moguntinensis ciuitatis oppidum Oppenheim violenter impugnantes destruunt, & ex omni parte flammis conflagrantibus, ferè ad 2000. hominum vtriusq; sexus perirent. Castrum etiam Cuphese in hac formidine Saxonum, nō sine morte plurimorum, & vulneribus innumerabilium, funditus euersum interiit. Henricus Imp. quintus de Italia reuertitur. Poppo de Henneberg obiit. Inundatio fluminum facta est.

**A N N O D O M I N I M. C. X I X.** Gelasius Papa secundus obiit: pro quo Calixtus, Viennensis Episcopus, à septem Cardinalibus & reliquo clero ac Romanis, qui cum Papa Gelasio expulsi apud Gallias exulabant, & ab vniuersis Galliæ Episcopis, Papa constituitur. Conuentus regis ac totius regni principum fit apud villam Eckstein super ripam fluminis Mogen. Synodus apud Remensem urbem à 450. Episcopis & Abbatibus sub Papa Calixto celebratur. Eodem anno Adelgotus Magdeburg. Archiepisc. tam Deo quam hominibus acceptabilis obdormiuit in Domino.

**A N N O D O M I N I M. C. X X.** Rugerus Adelgoto in Archiepiscopatu successor. Colloquium ab vniuersis regni Teutonici principibus super dissensione regni habendum Fulda condicitur. Quo missis nuncijs, Rex cum suæ partis assentatoribus rei negotium omni qua poterat arte, obsecrando, pollicendo, Wormaciæ differens, paucis Saxonum ad regem, reliquis omnibus ad propria redeuntibus, conuentionis eorum propositum diremit. Welpho Dux Bauariæ obiit. Fridericus Palatinus de Saxonia obiit. Beatrix, relicta Popponis de Henneberg, obiit.

**A N N O D O M I N I M. C. X X I.** Erlingus Wirceburgensis Episcopus obiit. Sed

Adelgotus  
Magdeburg.  
Gertruda, R<sup>a</sup>  
xæ Augusta  
mater.  
Greifca.  
Fridericus  
Palat.  
Numburg  
obsidio.  
Henricus cū  
capite.

Vipertus cū  
capitatus  
socijs permu-  
tatione di-  
missus.  
Reesperat  
Groiscam &  
Leisniciam.  
Consequitur  
Burgrasiat.  
Magdeburg.

Redimit ab  
Imp. Lusatia.

Mors Pascha-  
li 11. Papa.  
Gelasius.

Synodus Co-  
loniensis &  
Fritislaren.  
Oppenheim  
à Saxon. &  
Moguntinis  
inflammata.

Poppo Henne-  
bergius.  
Calixtus Pa-

Conuentus Im-  
perij Ecke-  
nensis.  
Adelgoti Ma-  
gdeburg.  
mors.

Rugerus, A-  
delgoti suc-  
cessor.  
Conuentus Im-  
perij Fulda.  
Welfonis Sa-  
uari, Frid. Pa-  
lat. & Beatri-  
cis Henne-  
berg. mors.  
Erlingus an-  
tistes Wirce-

*Contentio de  
Episcopat.  
Wirsburg.*

*Prodigium.*

*Cesar diris  
solitus.*

*Reinhardi  
Halberstadt.*

*& Theod. Ci-  
censis mors.*

*Ludouicus*

*Turing. ante*

*mortem Mo-  
nachus.*

*Henricus iu-  
nior Marchio.*

*Hermanus*

*Vinciburg.*

*Albertus &  
Conradus Sa-  
xon. Comites.*

*Duderstadt.*

*Tumultus*

*Turingicus*

*de decimis.*

*Erpesfurt*

*Erfurda.*

*Spectra ad*

*Wormatiam.*

*aranea pa-  
naceos.*

*Mysnia,anti-  
quitus Sirbia.*

*Hala.*

*Pipertus pa-  
learum incen-  
dium nudis  
pedibus re-  
singuit.*

*Eiusdem ex-  
victione mor-  
bus.*

*Animus ad  
mortem para-  
tus.*

*Rogerius Ma-  
gdeburg. ex  
forore nepos.*

mox orta dissensione tam cleri quam plebis, pars Regi fauens Gebehardum quendam, altera verò Friderici, Ducis de Suevia, & Conradi fratri eius Ducis nihilominus auxilio freta, Rugerum constituit, qui & paulo post ab Episcopis, Moguntiensi, Wormaciensi, Spirensi Episcopatum dereliquit expulsus. Sola aere fumo & fœtenti obcuratus, & quasi in sanguinem conuersus, ab hora diei nona usque in diem tertium solito splendore caruisse, visus est.

**A N N O D O M I N I M. C. XXII.** Cardinales duo à Papa Calixto missi, regem cum omnibus partis sue fautoribus apud Wormaciā excommunicatione absoluūt, ipso tum Rege omnem prius hereticam prauitatem, propter quam fuerat excommunicatus, abiurante, & ecclesiā Catholicā fidem & obediētiam promittente.

**A N N O D O M I N I M. C. XXIII.** Reinhardus Halberstadiensis Episcopus obiit, pro quo Otto constituitur. Theodoricus, Episcopus Cicensis, ex improviso occiditur, pro quo Richwinus constituitur. Ludouicus Comes, Reinherbrunnensis cœnobij fundator, ibidem Monachus factus obiit. Henricus Marchio iunior obiit, pro quo Imp. Henricus binos Marchiones constituit, Wigbertum quandam prædiuitem, & Comitem Hermannum de Winciburg. Adelbertus & Conradus, Comites de Saxonia, Ducis Lotharij ceterorumque Saxonum freti auxilio, depulsis illis loca eorum pariter atque dignitates inuadunt. Per idem ferè tempus, cùm Episcopus Moguntinus Adelbertus à provincialibus, qui Dudersten Marcham incolunt, decimas frugum exigeret, illique fortiter resisterent, contigit quosdam ex eis à militibus Episcopi occidi, alios obtruncari, nonnullos verò captiuos abduci. Vnde Turingi permoti, ac similesibi metuentes, in collem Treteburg de cunctis finibus suis conueniunt. Iamque ciuitatem Erpesfurt, vbi tūc Episcopus forte manebat, cum 20000. irrumpere parant, cœptumque perpetrassent opere, si non idem Episcopus, vt erat vir naturali præditus ingenio, prudenti eos auertisset consilio. Eo tempore iuxta Wormaciā apparuerunt animæ instar exercitus equites & armatae, vagari, quæ fatebantur, se animas multorum militum nuper interfectorum.

**A N N O D O M I N I M. C. XXIV.** Quomodo in præcedentibus, pro posse & nosse, retulimus Domini Wigberti Marchionis, Bigauiensis cœnobij fundatoris, nobilissimam Genealogiam, tum etiam à puero in virtute animi & corporis industriam, & qualiter in hac prouincia, quæ Serbia dicitur, in prædijs & beneficijs tam in pace quam in bello acquisitis, tandem præ ceteris ditatus inualuerit, principatum quoque ac monarchiam in Lusitz, sed & præfecturam in Magdeburg obtinuerit: & inter hæc quam feruenter in Bigaugis & aliorum cœnobiorum tum fundatione tum cooperatione pto suorum enormitate delictorum, Deo & sanctis satisfacere studuerit, cunctisque terrenis opibus diuinum cultum prætulerit: Modò dicendum restat, multis tamen breuitatis causa omissis, quam beato fine dececerit. In villa Halle, vbi aduocatiæ causas administrabat, dum hyemali tempore pernoctaret, in ipsius canticino noctis, omnibus ex securitate, peractaque diei lœtitia, graui somno detentis, paleam ad militum lectisternia huc & illuc negligenter sero disiectam, focus ex vicino lare corripuit, & cùm aliquan- diu ignis inualuisset, solus Princeps expergefactus somno excutitur, impatiensq; more silenter tum, vt erat seminudus, surgens, nudis plantis conculcando paleas extinguebat aggressus est. Quod & omnibus inscijs perfecit, & semiustus stratum reuicit. Ex hac vitione paulatim in tantam imbecillitatem deuenit, vt ex eo nunquam conualuerit. Mane facto manifestis indicis res innotuit, quæ tam compassionem quam admirationem cunctos affectit. Exinde ad suam Groiscam se iubens reduci, prius ad suum asylum, vt antè semper consueuerat, Bigauiam diuertit: Vbi inter manus suis eum deducentibus, tandem ex intimo cordis oratione fusa, ne fratres suæ imbecillitatis præsentia nimium solicitaret, Groiscam pergit. Vbi tota hyeme ingrauescente morbo, tandem exterioris hominis pertesus importunitatem, totum se conuertit ad Deum, qui solus interioris hominis sanat infirmitatem, vt eius ab interitu perpetuò vitam redimeret. Misso ergo nuncio ad filium sororis suæ, Rogerum Magdeburg. Archiepiscop. aliosque vicinos Episcopos, Arnoldum Mersepurgensem, Richuinum Cicensem, Goteholdum Misnensem & venerabilem Windolfum, Abbatem suum, quæsivit ab eis auxilium & consilium ad animæ suæ remedium. Qui considerantes cum in desperatis rebus agere, post multa com-

compassionis & consolationis alloquia, habitum monasticæ religionis eum assumere, consultum inierunt. Qui quam libenter ac deuotè eiusmodi consilium animaduerte-  
rit, ex sequentibus coniisci melius poterit. Statim in præsentia eorundem Episcopo-  
rum cum deditio[n]e gladij, tam militaria quam omnia secularia perosus abdicavit. Se-  
quenti die Bigauiam allatus, cum luctu maximo fratum est suscep[t]us: habituq[ue] susce-  
pto, cum magna spiritus contritione regularis propositi votum coram altari principali,  
præsentibus fratribus fecit, moxque inter multorum manus deductus est. Deinceps vt  
dicitur, tanta obseruantia obœdientiam exequi studuit, vt nec cibi nec potus quic-  
quam sumere, nullique suorum sed nec à filio se videri vel visitari, nisi permissione data,  
consentiret, obœdientiæ silentioque summopere vacans. Ita post aliquot dies Deo vo-  
cante solitus, cum magna frequentia Episcopis & Laicis exequias peragentibus, ita vt  
singuli Episcopi singulis diebus pro eo missas ficerent, honorificè terræ commenda-  
tur, & in medio sui monasterij inter uxorem ac filium sepelitur. Eadem die prædium,  
quod dicitur Carlestorf, pro eius anima traditum, constat. Transiit autem XI.

Cal. Junij. Cui succedente filio Henrico, duo Comites Adelbertus  
& Conradus Marchiam eius inuadunt, quam etiam ali-  
quandiu idem Adelbertus obtinuit. Sed Lo-  
thario regnante, Henricus in eius  
gratiam rediens, eam  
recepit.

O uoces  
confultores.

Vipertus è  
Principe Ma-  
nachus Pega-  
uiam.

Mors eiusdem  
atque iusta.

Henricus F.  
& successor.  
Adelbertus C  
Conradus  
Comites.

## HISTORIÆ DE VIPERTI GROICENSIS VITA F I N I S.

C ij



<sup>23</sup>  
JOHANNES GARZON  
BONONIENSIS, ILLVSTRISSIMO FE-  
DERICO, DVCI SAXONIAE, TVRINGORVM  
& Missinensium Principi,  
S. P. D.

Auctoris  
institutum.



EMPER meæ consuetudinis fuit, illustrissime Princeps, ut qui omnem operam atq; ingenium ad virtutem contulissent, hos amplijs laudibus prosequerer. Haud enim scio, quid virtute præstatius in rebus humanis inueniri queat: quando qui eam possident, soli sunt diuites, soli fruuntur rebus sempiternis: quod si, qui orbibus præsunt, ea fuerint prædicti atque ornati: hos non cum summis viris comparo, sed similimos Deo iudico. Plus tercentum anni aguntur, Italiam cum nobilißimæ domus tuæ fama peruersit. Nam ut a Federico illo, que Di immortales Saxoniae præesse voluerunt, ordiar, haud scio, cuinam principi tam ampli adhibiti sint honores, cum Archimarsallus Imperatoris Romani Elector, gladij; aureati antelator, Turingiae Lantgrauius, & Archimandrita, Misna Margrauius, & Liminarcha decretus sit. Is etsi in tam alto honorum gradu collocatus esset: non solum Lipsiae literarū gymnasium instituit, sed & alterum Erfordiæ conseruauit. Ex castissima uxore sua duos in lucem suscepit filios, Federicū & Wilhelmm. Federicus patri in Ducatu succedit, qui hereticorū in Bohemia malleus, & seuerissimus persecutor, liberos reliquit Ernestū & Albertum: hinc equaque & ab auo & patre degenerarunt. Siquidem ille paternis muneribus ornatus, Saxonia Dux declaratus est, simulq; Turingiae & Misna imperauit. Albertus verò iussu Maximiliani, quod ex omnibus Imp. ei principatū detulerat, cū exercitu aduersus Morinos (qui & Flandri dicli) & Aduaticos (qui hodie Brabantini) profectus est. Quæ egregia facinora fecerit, suo loco exponentur. Ernesto quatuor fuerūt filij: qui primū in lucem editus est, Federico, delata est dignitas paterna. Alius (quem Ernestū vocant) Archiepiscopatus Magdeburgensis munere ac Germaniae patriarchatu decoratus est. Quis silentio prætereat Albertum, Archiepiscopum Maguntinensem? cuius quanta sit autoritas, res ipsa ostēdit. Illi adiçiam Ioannem principem, certè omni virtutū genere præstantē. Quid loquar de Georgio fratre tuo, quem de Latinis literis optimè meritum, omnes affirmant? Ex quo fit, ut in præsenti parētis munus sustineat. Quid de Henrico, qui nullam magis egregiam, quam ut sub Maximiliani Cæsaris signis militaret, nauare operam potuit? Hec quanquam ita sint, tu tamen antecedis illustrissime princeps, qui de te grande quiddam polliceris. Non enim (id quod à fratribus tuis est facilitatum) à studijs literarum tuum illud singulare ac diuinum ingenium sciungendum putasti. Ille ipse Plato, à quo omnis Academicorum familia emanauit, tum rebus pub. bene esse arbitratur, si qui eas regant, ad literarum studia ingenium conferant. Tantorum principum actua dignitate, virtuteque compulsus, Federici Magni historiam scripsi, eamque nomini tuo dicaui, quam cum legeris, reliquis Germaniae principibus eius legenda copiam facies.

Fridericus  
Bell. postea  
Elector.

Acad. Lipsi-  
ensis funda-  
tio.  
Friderici  
Bell. poste-  
ritas.

<sup>xviii.</sup>

Fridericus  
Magnus.

JOHAN-

24

# IOHANNIS GARZONIS

## BONONIENSIS, DE BELLIS FRIDERICI MAGNI, SEV RERUM SAXONICARUM, *Liber primus.*



Vo tempore Federicus secundus, Imperator Romanus, etatem agebat, Vitigitis, Saxonum regis, cui ob res gestas Magno cognomen Widochindus fuit, familia Turingiæ, Libonotriæ, Misnæ, simulque Lusatiaæ, quæ regiones sunt Germaniæ, imperabat. Consequentibus temporibus Albertus atque Henricus, qui parente orti fuerunt Henrico, his terris præfuerunt. Siquidem ille Turingiam, hic Lusatiam cum Misna rexit, ac Libonotriam. Henrico nulli fuerunt liberi virilis sexus: Alberto filij duo, Federicus & Theodoricus. Fortè ita casus tulit, ut Henricus animam propè extremis (ut aiunt) labris teneret. Igitur Federicum atque Theodoricum ad se accipi iubet. Apud quos in hanc sententiam locutum accepimus: Macte virtute, iuniores, multos annos Misnæ, Lusatiaæ ac Libonotriæ imperavi: & ita imperavi, ut maiorum nostrorum nobilitati responderim. Nunquam ab illis degeneravi, nunquam genus nostrum dedecoravi. Nam cùm hostes bello persequerer, nullus vñquā me subiit timor, strenui militis, & boni Imperatoris officia semper simul sum executus. Siquidem si castris locis capiendus erat: si exercitus instruendus: si vrbes expugnandæ: si cum hostiis collatis signis dimicandum: si vis frigoris atque hyemis excipienda, quis hęc me elegantiū fecit? Quoties cum Vindelis ac Sarmatis (quos nostri Bohemos ac Polonus vocant) signa contuli, toties victi, cæsi sunt, & fugati: ut arma cessarunt, ad pacem animum verti. Quanta tranquillitate, quantoque ocio vñlæ sint regiones nostræ, nequeo verbis consequi: eas nemo vñquam vel minimo latrocinio vexatas audiuit. Quis se flagitijs cōtaminarunt, sive infimo, sive nobili essent genere, in eos est seuerè vindicatum: qui ad me venerunt legati, & humanè accepti sunt & benignè, & amplissimis muneribus affecti. In hunc modum rem & priuatam & publicam conseruaui atque auxi. Vrbes, quas quiuis vrbeculas dixisset, amplissimas reddidi, subditorum nostrorum salutem cæteris o verum patrem patriæ. fortibus semper potiorem habui. Sub terram fodi inueniendi argenti gratia, optatis fortuna respondit: omnem operam, ingenium, studium, vigilantiam, ad eorum, qui imperio meo seruiunt, vtilitatem contuli. Nunc quoniam mihi de vita deceendum est, illud vos admonitos volo, ut alter alterius studiosus existat. A vobis, quod vterque apud meliorum suavitatem obtinet, mihi succedetur: quare fortem & constantem suscipite animum. Diu mihi cognita est virtus vestra, ac perspecta, nulla spe decido, quin iij futuri sitis, quales opto. Prioribus annis, mi Federice, à Wenceslao Bohemorum rege Wenceslaus, Imperator aduersus Sarmatas creatus es: quæ in eo bello egregia facinora feceris, haud mea dilabuntur memoria. Reportasti tu amplissimam de hostibus victoriam. Nec video, Theodrice, quin mihi de te bene sperādum sit, qui in quam frugem euasurus es, maxima ab adolescentia dedisti documenta. Nam quæ ad strenuum militem spectant, ea tu calles, qui etatem virtute superasti. Adsit vobis memoria, quod non infimo, non ignobili, sed regio estis genere: quare regijs moribus sitis ornati, necesse est. Ego per meas (si quæ sunt) virtutes, exempla edidi: nec est apud me dubium, quin quæ gessi, ea sit omnium mortalium fama celebratura. Cùm finem dicendi fecisset, qui apud ipsum maximo erant honore, Libonotanos & Misnenses ad se accersiri iussit, atq; ita locutus fertur: Etsi viri optimi, diu re ipsa cognouerim, quī nunquam fide decesseritis, tamen quod sum à vobis postulaturus, id ut non modò non inficiamini, sed facturos spondeatis, vos obtestor & obsecro. Non vos fugit, hominibus diu viuete denegari, ex quo ipsis relinendum est aliquid, quo se vixisse testentur. Plura bella gessi: exteras gentes, pretentissimos populos, clarissimos reges prælio subegi, hostem semper superauui, prostrauique, nunquam cessi, nunquam referre gradum sum coactus. Quæ homini optanda est, eam sum consecutus gloriam: senex sum & grauis annis: expleui naturam viuendi

A proceris Misnenses obtestatio. gravis.

## 25 IO. GARZONIS DE BELLIS

satiestate: breui sum vita deceburus: Christum optimum maximum, Mariamque cœl reginam, ut mihi in cœlum ascensus detur, quibus possum preeibus, obsecro. Quaro illud peto: ut hos, qui me cognatione attingunt, iuuenes veneremini, obseruetis, collatis. Hi sunt, quibus regni mei dominatum principatum q; trado: eorum studio parcat. Ipsos quippe futuros mihi facile persuadeo, qui imperium non solùm conseruatur sint, sed etiam aucturi. Ut orationi finem imposuit, nemo potuit lachrymas continere, quod principem integrum, castū, grauem, amissuri essent. Tandem cum mœtorem luctum que deposuissent, respoderunt: se se fore, qui voluntati suæ, si casu de vita exiret, minime defuturi essent. In hunc modum Federicus imperium adeptus est: atq; ab omnibus, qui Lusatiorum, Misnensium & Libonotanorum summum obtinebant gradum, princeps vocatus: Theodoricus verò in imperio socius atq; adiutor dictus. Haud multo post Henricus migravit de vita, ac magnis funeris impensis ad templum, quo maiores sui elati fuerant, elatus. Nequeo oratione consequi, quantum laudis in regno bene gerendo sibi iuuenes vendicauerint: quando in tanta potestate sic se adhibuerint, ut nulla alia ab his, quibus præerant ciuitatibus, desiderata sit potestas. Nam vt incredibilem eorum liberalitatem silentio præteream: nullum virtutum genus est ab his prætermisso, ut quiuis de coelo delapsos arbitraretur. Ad eos ex diuersis ciuitatibus Legati gratulatum mittebantur, quos maximis atque amplissimis muneribus afficiebant. Quæ res illis non mediocre odium apud Albertum patrem, qui Turingiæ imperabat, conflauit. Nam vt liberos in tam alto atque amplio dignitatis gradu collocatos animaduertit, ad eos literas in hæc verba scriptas perferrit iussit: Quod Misnensium regnum, cui iure præficiendus eram, præoccupaueritis filij, magna me tenet admiratio. Henrico frater eram. Nō me præterit, quibus causis adducti Misnenses huiusmodi scelera machinentur. Haud impunè illis erit, quorum consilio, alieno minime abstinuitis. Diu mihi nota est Misnensium insolentia, qui libertatem reliquis rebus potiorem habent. Ad quam vt mentem erigant, atq; extollant, Otto, quem Endanum esse aiunt, plurimum hortatur. Quin illud mihi grauius ferendum est, quod vobis, quibus per ætatem nullus est rerum usus, principatum detulerunt. Accedit quod eos, qui nostre sunt ditionis, quam amplissimis prosequimini honoribus. Has literas cum Princeps, quiue apud ipsos autoritate poterant & voluntate, viri præstantissimi, ac populus Misnenses legissent, non mediocri, quod Albertus tantam temeritatis notam nulla lacepsitus iniuria subisset, qui in liberos & Misnenses nimis acerbo niteretur odio, sunt admiratione perculti. Igitur Misnenses, ne tantum animo dolorem capiat, respondent: quando Henrici voluntati more gerant, qui cum animam efflaturus esset, Federicum & Theodoricum hæredes instituerit: se, qui illius mandata exequentur, sacramenti religione obstrictos. Nec arbitretur, eos suæ libertatis immemores, vt nō malint sub eius principiis, ad cuius summam prudentiam magnus usus accedat, existere: quam ab homine nec prudētia, nec usu exculto, gubernari. Quare si liberis suis principatum detulissent, nullo dolore afficeretur: illos esse, quibus parentum statuissent. At principes, ne parentis odium sibi concitareret, ad eum literas perferrit curant, quibus illum docent, nullum in ipsis hærere crimen, nec villa temeritate lapsos. Hæc dum Fribergæ (quæ vrbs Misnæ est, argenti minerisq; opulentissima) geruntur, allatæ sunt ad Albertum literæ: quas cum legisset, nulla voluptate affectus est. Igitur legatos ad principes mittit, vt simul, quorum apud Misnenses magna est autoritas, hos conueniant, ad Lipsim urbem, quæ Libonotriæ caput existit: vbi de rebus ad regnum pertinentibus habendum erat consilium: cuncti proficiscantur monent, ipse confessim aderit. Nomen hæc regio à Libonicis populis vetustis, vel à Libonoto principe, qui regioni imperauit, sortita est: hi populi a Cornelio Eudosij nuncupantur. Haud multum interim tempus fuit, cum omnes Lipsim venerunt. Tandem multis verbis ultro citroq; habitis, ira ab Alberto sustineri non potuit, quin in principes grauiter inueheretur, ac suam vocaret hæreditatem lege agnationis, quod Henricus ei frater exitisset. At principes Henricum ea fuisse sententia, respöderent, vt ei vita functo ab ipsis succederetur: per iniquum esse, & non ferendū, si Henrici voluntati deessent. Eadem protulisse sententiam, sunt qui affirmant, quendam Henricum Schonbergensem, quod is Misnensibus studebat. Ut enim Albertus irā suppressit: Non, inquit, tibi ex animo excidant, quæ in Vitigitis familiam beneficia contulit populus Misnensis: ea fuerūt, quibus

<sup>hæc.</sup>Federicus  
Magnus.Eiusdem ac  
fratris logiū.Alberti ini-  
dencia.Litteræ ad  
Misnenses.Otto ab En-  
da.Misnensium  
ad Albert. re-  
ponsio.

Fribergæ.

Osterlandia  
auctori Libo-  
notria.  
Fabula.Conuentus  
Lipsiensis.Henricus  
Schonber-  
gius, eiusq;  
narratio.

quibus illa in multum potentia evasit: Turingiam ditionis suæ fecit. Federicus primus, cùm in Italiæ exercitum traieceret, ad Mediolanum & Florentiam castra posuit. Non tefugit quantam in Misnensium præsidio gloriam adeptus fuerit: multas Italæ vrbes obsecrit, quas tandem vi subegit. Statutum est Misnensibus ac decretum, vt Henrici hereditatem liberti tui adeant. Abiecisti tu omnem humanitatem, qui filios, ob tam singulare beneficium collatum, incredibili odio prosequeris. Quod si illis bellum indixeris, nec studijs tuis obtemperabunt, nec deerunt, qui tuendos suscipiant, et si superuacaneū est, quando uterque ea sit magnitudine animi præditus, quin imperium suum per se tueri possit. Tum Albertus ira percitus, quod fortuna sua despecta esset, in Turingiam se recepit: atque animo agitare coepit, sibi ut liberorum ex Misna pellendorum daretur facultas. Igitur hanc tutum ratus, si solus in eos impetum faciat, cum Iohanne principe (hic quidem Marchiæ Brandenburgensi præcerat) colloquium habuit, hunc ut sibi, qui cum liberis bellū suscepturus esset, præsidio foret, precibus obsecravit. Nullam esse urbem, quæ illorum sit ditionis, ad cuius mœnia non signa propè inferat. Facile eos posse opprimi, si agros populetur: vicos exurat: arbores succidat: hominum pecorumque prædam agat. Quod si cum exercitu vim repellere adnitentur, se cum magnis copijs, quibus abundat, præstò futurum, qui illorum conatus comprimat. Nec vereri quin brevi sit eos sub imperio suo redacturus. Libet mihi Misnæ, quæ regio est Germaniæ, situm paucis exponere. Hæc ad Albim flumen posita est. Ab ortu Solis haud longè absunt Vindeli: à meridie Bohemi: à septentrione Saxones: ab occasu Libonotria est: cui fines Sala & Muldanus amnes præscribunt: ultra Salam Turingi sedes habent. In ea multæ sunt opulentissimæ ciuitates, munitissimaq; castella. Hanc olim Calucones, Danduti, Ptolemæo teste, inhabitârunt. Libonotriam verò Hertbanæ, Eudosii, Varini atque Suardones tenuerunt. Qui postea in vniuersum Sorabi disti fuerunt. Regio adeò in omni frugū genere fœcunda est, ut toti ferè circumiacenti regioni ad abundantiam sufficiat: huic non frumenti modò est magna copia, verumetiam vini, mellis pecorisq;. Cùm igitur principes parentem cum manu haudquam cōtemnenda aduersus se contendere, & fama & literis accepissent, repente ad Lipsim iter cōtenderunt: ubi, quos sibi officijs & benevolentia coniunxerant, principes complures ad se euocari iubent, quæ ipsi animo sententia sedeat, exprimunt, se se incertos consilij, parentine cum expeditis militibus, id quod est filiorum ab omni humanitate abhorrentium, se obijcant, vrbesq; & castella ab irruptionibus tucantur: an voluntate in ditionem profiscatur: at in summum dolorem adduci, cùm quos Henricus hæredes instituit, eos exhæredare pater adnitatur. Nullam rem esse, quæ illi admirationem præbeat, quādo se futuros, qui Henrici testamentum reipsa executuri essent, sacramenti religione obstrinxissent. Ipsi cùm ingenio & cōsilio præstatent, ne quid detrimenti resp. caperet enixè operam darent. Henricus Endanus, cui in capiendo consilio summa erat prudentia, & in dicendo fides: Nullus (inquit) maximi principes vos subeat metus. Christus opt. max. præstabit auxilium, propulsate patris iniuriam: cui si ob perpetrata scelera essetis in odio, & quiori animo ferrem. Quis est tam iniustus rerum æstimator, quem tanti dissidij causa lateat? pace vestra dixerim, Alberto ex vilissimo scorto, cui Catharinæ est nomen, natus est filius: illius hortatu ad hunc principatū deferre constituit. Estis principes, & eo corporis robore, ea animi magnitudine, ut patris (si pater dicendus est) impetu excipere possitis: quoties cū eius militibus signa contuli, toties cū ipsis prosperam pugnâ feci. Ad vnu omnes cæsi sunt: mihi hanc prouinciam deposco, nec recuso omnē impetu belli in me conuertere. Dū hæc aguntur, nunciatū est principibus, Iohannem Brandenburgensem, quem Albertus necesse fuit (vt supradiximus) coniunxerat, cum copijs in agrum Misniacum iter fecisse, cuncta igni ferroq; absumpsisse: magnam vim hominum pecorumq; abigere. Tum Federicus tantam animo concepit iram, ut eius iussu Theodoricus cum exercitu ad vlciscendas illatas ciuibus iniurias, proficeretur. Oppidani ubi principem cum præsidio profectum cognoverunt, patefacta porta (nam se mœnibus tenebant) subito crumpunt, hostes adoruntur, plus sexcentos ceciderunt: reliqui in fugam versi sunt, quibus omnis præda adempta est. Præcerat exercitui Theodorici Jacobus Schonbergius, rei militaris scientissimus: is nihil commisit, ut eo prælio reprehendi iure posset. Interea nunciatum est Theodorico, hostes non longè ab urbe Luca Lusatia castra posuisse: quod ipsis

Alberti exca  
descensia &  
conatus bel-  
lici.  
Iohannes,  
Marchio  
Brandenburg.

Chorogra-  
phica Myntia  
descriptio.

Veteres celo-  
ni.

Sorabi.

Princ. fr. de  
bello consul-  
tatio.

Henrici En-  
dani ad eos-  
dem exhor-  
tatio.

Brandenbur-  
gici in My-  
niæ irrup-  
tio & clades.

Jacobus Schö-  
bergius.

## 27 IO. GARZONIS DE BELLIS

ab Alberto (nam copias Mars minuerat) armatorum subsidia mittenda essent. Verùm Theodoricus, si in hostem, ante quam numero fieret amplior, impetum faceret, tutius existimans, Iacobum Schonbergium in secretum abducit: Multo inter se, an cum hoste signa conferenda essent, consilio egerunt. Tandem in hanc sententiam inclinatum est; ut legati ad Iohannem Brandenburgum mitterentur, qui causas belli sciscitarentur. Reira composita, Legati ad Iohannem peruererunt: qui dignitate præstabat, ita locutus fertur: Vehementer admiramur, cur nulla facta belli denunciatione, Misniacos agros, qui Federici principis imperio subiiciuntur, peruanatos duxeris. Tu Henricusque inter vos pauci estis, ne alter alterius agris, vrbibus, castellis, vel minimam iacturam afferret. Desciusti à fide, cuius milites latronum ritu, Federici agros populati sunt, conatique eius oppugnare vrbes. Neque tu ignoras, quo animo, qua fide, qua constanza in maiores vestros Misnenses extiterint: qui de suo erga illos studio & perseuerantia, eum difficilima erant tempora, nunquam remiserunt. Tantam iniuriam abs te præter iusticiam nobis illatam, principes nostri ferre nequeunt, quare satisfasias oportet: Sin in sententia manes, tibi illorum verbis bellum indicimus. Ioannes ira incensus: Si, inquit, Misnensibus & Lusatij, qui & Misnenses sunt, bellum intuli, mirari desinete. Haud abs te in Misnacum agrum à militibus nostris facta est irruptio. Siquidem nonnullas Vindelorum vrbes, quæ imperio meo subiiciebantur, suæ ditionis fecerunt. Quis illud non iniquo tulerit animo, cùm Federico imperium me minimè consciente tradiderint? Mihi profectò iure optimo succedendum erat, consulendum illi fuit existimatione meæ, ad eam omnis eura sua referenda: accedit ipsa quam mecum in ijt pæctio, Nunquam se regnum, quoad mihi vita cōtingeret, occupaturum. Quare si belli studia mihi deponenda sunt, prouideant, vt mihi iactura resarciantur. Tum legati, non esse Misnensem respondent, vt quæ secunda pugna parta sunt, ea languore & desidia adducti, reddant. Si Vindelos vi subegerunt, eos meritò imperio suo seruire. Verùm Sarmatarum ac Slesiarum potestate ac ditione liberatos se summopere, cur eius rei mentionem fecerit, admirari. Federico sub ea conditione regnum traditum, vt Alberto præsidio esset. Optimum quenque principem, si parens in filios alieno esset animo, ad componendum pacem omnes rationes suas conferre: abhorruisse eum ab hac sententia, qui honestissimos filios, nullaque virtute egentes, acerbissimo odio prosequeretur. Fortunam belli anticipitem esse, sæpen numero robustissimum exercitum parua manu profligatum: nec à quibus bella suscipiantur, ipsos ocio vacare. Interea Theodoricus cum validissimo exercitu in agrum Doberlochium peruererat: ad cum se legati receperunt. cui cùm quod acceperant, responsum reddidissent, ab vniuerso exercitu est ad arma conclamatum, omnium manus ad gladium lanceamque pruriebant. Verùm Theodoricus ac Iacobus Schonbergius, cuius consilio & sapientia ad rem militarem vtebatur, sese à pugna continuerunt. In sequenti nocte (nam cœlum albescebat) cū copijs profecti, quinque millia passuum ab hoste locum castris ceperunt. Tertio post die sub lucis exortum Theodoricus curare corpora milites iussit, eosque accersiri: Atque vt bono animo pugnam capesserent, hortatus est: Non illius virtutis bellicæ, non militaris disciplinæ, non præteriti temporis famæ, cùm sub Henrici signis militabant, memoriam abiicerent: se eosdem esse, qui tot amplissimas de hostibus victorias reportassent, sibi in memoriam redigerent. Ipse quantum in se esset, & strenui militis, & optimi Imperatoris officia simul exequebatur. Theodoricci oratione militum animi vehementer accensi sunt. Igitur omnes, quadringentis præmissis equitibus, qui hostes ad pugnam allicerent, armati atque instructi prodeunt. Hæc paucitas effecit, vt ipsi nulla interposita mora, castra egredierentur, manumque consererent. Inter congressionem Theodoricum cum expeditis legionibus adesse, qui Iohannis copijs præterat, ex exploratoribus cognoscit. Tum Theodoricus quod egregiam fratri nauaret operam, acies instruit, quemque militem, cuius virtutem pluribus prælijs didicerat, suo loco disponit. Imperator hostilis, ne circumueniretur, metu percusus gradum retulit. At Theodoricus, cuius animus ad conserendum manum ferebatur, eos milites, in quibus consequendæ victoriarum spem constituerat, hortatur: Hostem persequamur, quod eius animum fugiendi magis quam pugnandi cogitatio subeat. Vix se in castra retulerat, cùm Theodoricus affuit. Imperator hostilis, quod animum receperat, copias in aciem eduxit. Diu pugnatum est & quo

Marte.

Marte. Tandem intra castra compulsius est. Jacobus ut hostem prælio profugum se in  
castra retulisse animaduertit: Haud cunctemur, inquit, Theodorice, victoriam nobis  
fortuna protendit: Stationes oppugnemus: nimirum expugnabimus, quod peditum  
multitudine abundamus: & ab equitatu firmis sumus. Vix finem dicendi fecerat, cum  
Theodoricus quinq; equitum millium manu, ac pari ferè numero peditum comitatus,  
hostium castra ingressus est: ad quæ qui custodiam habebant, illi occurunt. Sed cum  
vis vi reiici non posset, necati sunt, hostium supra tria millia occisa, supra septem millia  
capta, cæteri saluti suæ fuga consuluerunt. Theodoricus ne de militibus suis male me-  
reteretur, castra ipsis diripienda concessit. Verum tam memorabili victoria laetus, ad Fe-  
dericum nuncium cum literis mittit: quibus illum docet, hostilem exercitum à se supe-  
ratum, prostratumq;. Federicus non mediocri exiluit gaudio. Erat is ea tempestate Pi-  
castri, quæ vrbs ad Elistrum amnem sita est. Siquidem paucis antè diebus cum maxi-  
mis copijs eò contenderat, quod Alberto Imperatori suo suppetias laturo illuc diuer-  
tendum erat. Is quantum laude Theodicū prosecutus fuerit nequeo oratione com-  
pleti: illum semper extiisse, in quo spem omnem fidemque locasset, nec sua eum fe-  
fellisset opinio. Nec vereri ipsum, si ætate procederet, Q. Maximo sapientia, superiori  
Africano celeritate: ei, qui postea fuit, singulari consilio, Paulo, ratione ac disciplina, C.  
Mario, virtute præstaturū. Interea equites duo, qui cum prælium in mala spe esse cog-  
nouissent, sese fuga proripuerant, ad Iohannem Marchionē venerūt, nunciantes exer-  
citum viatum, cœsum esse & fugatum. Eos, Imperatorne ex prælio, cum aduersam fortu-  
nam videret, profugerit, an cæde cæsus fuerit, latere. Igitur ne tātam cladem acceptam  
inultam relinquenter, maximum ex equitatu ac peditatu coegit exercitum, atq; in Lu-  
fatiōs peruenit. In ea regione vrbs est, quam incola Lucam vocant: Eius mentionem  
suprà fecimus. Cum agrum populatus esset, & prædas hominum pecorumque egisset,  
castra ante portam locauit, diu eam obsedit. Sed cum in potestatem suam minimè pos-  
set redigere, quod ipsam Federicus firmissimis præsidijs munierat, situs præterea inex-  
pugnabilem faciebat, exercitum abduxit, atq; ad oppidum Haganum, quod id Theo-  
dorici imperio subijciebatur, oppugnandum peruenit: ipsum nocte & interdiu tormē-  
tis verbaverabat. Ut vidi id frustra inceptum esse, robustissimos milites, ac rei militaris  
scientissimos, ad se acciri iuber: his magnam vim argenti aurique si noctis silentio in mu-  
rum euaserint, seque præcipiti saltu in oppidum immiserint, ac necatis custodibus por-  
tam aperuerint, pollicetur: se cum expeditis militibus cōfestim affuturum, atque intra-  
turum. Illi imperata faciunt. Intempesta nox erat, cum armati muros scandunt, ac fune,  
id quod tutissimum visum est, de ipsis demisso per eum in oppidum descendunt. Qui  
custodibus præcerat, Caspar Malticius, adesse hostes cognovit: eos admonet, ne vocem  
emittant, quoad vnum omnes suppicio mortis afficerentur. Ipsi retrosum, ne inspi-  
ciantur, se recipiant. Cum clamore sublato signum dederit, eductis gladiis in eos impe-  
tum faciant: cogantur omnes vita decidere, ne ab his in posterum, aut vis aut frausti-  
meri possit. Dum securibus freti, portam effringere moluntur, Caspar voce signum edi-  
dit. Accurrunt custodes, prælium conseritur: haudquaquam par hostibus dimicatio  
fuit, quod cuncti occidione occisi sunt. Ad portam extra urbem erat Iohannes cum  
commilitonibus suis equo armisq; instructus atque ornatus. Vbi illuxit, oppidani, qui-  
ue in eorum præsidium venerant milites, porta effusi, in hostes impetum faciunt. Alios  
trucidant, alios in fugam vertunt, alios capiunt. Sunt qui Iohannem captū scribant, sed  
cognitum in pristinam libertatem restitutum. Tantæ stragis hostibus illatæ, Caspar Fe-  
dericum atq; Theodicum participes effecit. Federicus paucis equitibus assumptis, q  
reliquas copias ad Elistrum reliquerat, ad Misenam urbem contendit, quo Theodori-  
co (si ita casus tulisset) præsidio esset. Dum hæc geruntur, non mediocri Iohannes, quod  
ad eum exitum, quæ sibi proposuerat, peruenire non poterat, ira exardebat: deos, quod  
rerum suarum curam posthaberent, ineusans. Itaq; literas ad Principem Eberhardum,  
qui Cheruscis & Ascaniæ præcerat, in hanc sententiam scripsisse fertur: Quanta beneuo-  
lentia, quantisq; officijs, patrem tuum maiores nostri eo bello, quod prioribus annis cū  
crudelissimis hostibus gessit, complexi fuerint, res ipsa docuit. Illorū præsidio superior  
discessit. Ad complures Germaniæ principes, neq; tu id ignoras, ab eo legati missi sunt,  
præsidij implorandi gratia: cuncti se esse responderunt, qui cogitationes suas aliò con-

Schonbergius  
victorie ur-  
genda auctiora

Paganus filio  
nomine an-  
ctori Pica-  
strum.

Elogium Di-  
cemanii.

Brandenbur-  
gicus bellum  
instaurat.

Luca irrito  
conatu ob-  
jeffa.

Haganæ ten-  
tata & de-  
fensa.

Casper Mal-  
ticus.

Friderici vi-  
gilantia.

Brandenbur-  
gicus bello re-  
dintegrande  
incumbit.

Eberhardus  
Princ. Anhal-  
diæ.

29. IO. GARZONIS DE BELLIIS

tulissent: nequaquam eis obesse, à quibus nulla vñquam fuissent iniuria lacerfitti. At maiores nostri regnum vestrum sibi defendendum suscepunt, pluris patrē tūm, quam aliorum principum iniurias existimantes. Noli per Deos immortales ingratitudinis notam subire. Quo in statu res Alberti sit, te satis superq; intellectisse, puto. Superiori anno cum Misnensibus signa contuli. Fortuna improba, vt succumberem, effecit, cuius res superiori esse consueverat. Ipse prælium aduersus hostes nullum secundum facio, tanto in me fortuna exarsit odio. Quare si quid precibus apud te possum, Alberto agenti atq; in opere auxilium præsta. Tecum precibus fraternalis ago. Contendanus cum legionibus expeditis in Misnenses, binisque confidamus castris. Haud vereor, quin eos brevi subadquirimus, atq; ad dditionem compulsi. Eberhardus tum misericordia commotus, tum ne beneficiorum memoriam abiecisse videretur, adductus, Albertum auxilio suo iuuandum statuit. Igitur exercitu ex quatuor millibus hominū congregato, in Misnensem agrum profectus, primū ad Ilburgum (sic illi nō est, quod Ilba Comes extruxit) castra posuit. Duorum itinerum altero ad castrum illi veniendum erat terrestri, quod ab amne Moldauo non longè aberat. Aut per Albim flumen nauigandum. Hoc ei tutius viā est, quod terrestre iter permultis insulis subtractionibus eōrum, qui Federici parebant imperio, erat refertum. Igitur naui ad urbem Vitigisburgum primis se intendentibus tenebris peruenit. Ei præter quidam Bernardus agnatus Eberhardi. Ad hūc vt sibi tutum præbeat transitum, oratum mittit. Bernardus metu territus, vt ne Federici odium sibi concitaret, se illum vt illucesceret, voti compotē facturum respondit. Interim ad Federicum, quem ad Misnam iter fecisse non ignorabat, nunciū cum literis mittit. His Eberhardum cū valido exercitu ad Vitigisburgum venisse admonet. Vt sibi turum præbeat transitum, postulasse. Illum, quantum coniectura consequi posset, Misnensium agrum igni ferroq; absumentum, atq; pecorum hominumq; prædam acturū. Ipse rebus suis cōsulat, se vereri, ne agnati Eberhardi studijs, quod hominū multitudine abundet, obsequi cogatur. Ipsum Ilbae castrum priū in potestatem suam redacturū. Has literas cū Federicus accurate legisset, suspicione ne Eberhardus oppido potiretur, adductus, cū copijs atque oppidanis ad Albim, quod illi occurreret, præuenit. Insuper Henricum Endanum, qui sub suis signis cum plurimis cohortibus militiam militabat, ad Muldanum, vt omnes eius accolas, qui partim Plisnenses, partim Sorabi, partim Prætoriani nuncupabantur, sumptis armis, ad Ilbae castrum deduceret, ybi & ipse cū legionibus expeditis adesse pollicitus est, monet. Primum illi ad castrum quoddā, quod incolae Dorganum, olim à Dorgeberto Satrapa conditū, nominant, per Albim iter fuit. Vt cognovit Eberhardum agris diripiendis, vastandisq; intendere, ad Henricum, vt reliquo ad oppidum præsidio cū cetero equitatū ad se accederet, literas perferri iussit. Non dū ille appulerat, cū Federicus haud procul ab hostiū castris castra habuit. Haud pugnam, q; milites de via fessi erant, edere statuit. Veruntamen vt omnes armati instructi, essent, quando collatis signis cū hoste statuisset. In sequenti die per præconē edixit, cū tuba signū daretur, procederent. Cuncti Federici obtemperarū voluntati. Verū se nocte in diē inclināte, an hostes, quorū artus lenis somnus corriperet, adoriretur, diu consiliū agitans, tandem congressu abstinuit, tū ob militū paucitatem, tum q; gravi itineris labore confecti erant. Erant in castris eius cētiones, & animo & corpore præstātes: qui cū ad conserendā cum hostibus manū oblatam sibi occasionē intuerentur, tela vibrabāt, militū insuper animi ad pugnā incendebantur. Igitur centurionū iussu tubicen signum dedit. Sublato clamore, ad hostiū castra contendunt: telaq; cōiiciunt. Quibus stationū cura custodiaq; mandata erat, confessim hostes adesse Eberhardo denunciāt: cui cū castra egrediēdi nulla esset potestas, ad ea tuenda animū vertit. At Federicus milites, ne animum contrahant, demittantue hortatur, q; magnus hostes metus incesserit. Verū Eberhardus se acriter defenderat animo, atq; hostē omnibus viribus repellere conabatur: vtrinq; acriter prælio concurrebatur, cū puluis ex loco haud distanti ortus velut nubē inducta implebat omnia. Federicus Henricum aduētasse existimans, haud falsus vautes fuit. Bene (inquit) res se habet. Nunc optima spe præditus sum. Haud nox aduentabit, cū hostilib. potiar castris. Nolite cōmilitones mei animis deficere. Quisq; nō modō sibi, sed alij quoq; animū afferat. Exuite hominēm castris, præda in vestra manu est. Hac oratione militum animi vehementer accensi sunt. Erat in exercitu Federici Hen-

Propugnat  
pro Alberti  
partibus.  
Ilburguan.

Vitigisburgū  
sue Vitebergā.  
Bernardus  
Saxon. Eli.

Henricus En-  
danic.  
Muldaſ. ac-  
cola.

Dorganum,  
Torga.

Federicus  
Eberhardo  
occurred.

Expugnat  
eiusdem ca-  
stra.

ricus

Henricus Stel  
la Lipsiensis.

Eberhardus  
captus.  
Remigius à  
Roten.

Brandenbur-  
gici angustia.

Irritum ad-  
uersus Dice-  
manum stra-  
tagem.

Clades & fa-  
cta.

Friderici man-  
data ad fra-  
trem.

ticus Stella Lipsensis: hic, quod facinus memoratu dignum efficere studebat, primus hostium castra ingressus est. Hunc militum multitudo est subsecuta, hostium plus quam tuor millia cæsa sunt, quinque millia capta, milites ad diripienda castra passim discurrunt. Capti sunt Eberhardus ac Remigius Rotenius, deductique ad Federicum. Conseruo pælio Henricus affuit. Tum Federicus subridens: Si (inquit) Henrice affuissest, ingentem prædam fecisses. Sed ne noui motus aduersus ipsum excitarentur, militem triduum in castris continuuit: Vt nihil esse animaduertit, quo in suspicionem incideret, iussit copias in hyberna proficisci. Ipse cum paucis equitibus ad urbem Friburgum iter contulit. Vt Ioannes Brandenburgensis Eberhardi copias profligatas, ipsumq; vna cum pluribus nobilibus captum ex nuncijs cognouit, non mediocris eum terror ihuasit. Non enim ipsius opes ac diuinitæ adeò insignes erant, vt illius redimendi sibi esset facultas. Insuper populus Cheruscus, qui nunc Ascanius dicitur, odium diuturnum, & iam inueteratum in ipsum habebat. Quo factum est, vt urbem obsidione soluendam duxerit: animumque ad pacem cum Federico & Misnensibus componendam verterit. Verum quoniam meliori se conditione animaduertit, solutionem simulauit. Siquidem nobilibus quibusdam, vt nocte in proxima villa, quod à Misnensibus prehenderentur, se occultarent, edixit. Edixit præterea, vt expeditorum militum duo millia, haud procul à paludibus, quod Misnenses, si ad prælium faciendum egredierentur, aut comprehendentes, aut de medio tollerent, in locis abditis delitescerent. Ipse in sequenti die, luce prima ab urbe castra mouere visus est. Misnenses, quibus urbs tuenda data erat, non parua, quod subita obsidione liberati essent, admiratione imbuti, nequaquam urbem, ne per dolum caperetur, egredi audebant: vt illuxit, ex muris solitudinem in castris prospectant. Qui diligenter speculetur, speculatorum præmittunt, quod se Ioannes contulerit, quid ei sit negotij, quos in consilium adhibeat, conquerat. Speculatori ptimum ad loca, vbi milites Ioannis iussu in insidijs subsidebant, iter fuit: illis obequitat, incertus an totus exercitus illic insideat. Vt retrò in urbem redijt, & quæ inspexerat, refert, repente Theodoricus quosdam fortis extremæ iuuenes, qui castris ignem iniiciant, proficisci iubet. Reliquum exercitum bipartitus est, & alteram partem non longè à militibus, quos Ioanaes in occulto locauerat, iussit considere: quod inexplorato exeuntes occideret: Alteram, quæ illi subsidio esset atque adiumento non multum seiunxit. Ipse magna armatorum stipatus caterua proximum cliuum concendit, quod res euasura esset prospctaturus. Cum castra flâmis conflagrarent, eò se retulisse hostes Iohannes arbitratus est: qui dum spolia colligunt, eos facile, si quos in insidijs collocauerat milites, ad itineria invidenda mitterentur, capi posse existimauit. Igitur militibus qui apud ipsum erant, vi arma expedirent, iussis, eò se recepit. Hæc Theodoricus ex cliuo prospectans, vt legiones duæ, quæ Iohanni occurrant, per conuallem proficiscantur, edicit: Cum his verò, qui castra incenderant, vt confestim in urbem redeant, per nuncium agit, monet, que, quo illis, ne in hostes, quos Iohannes subsidiarios vocabat, in antrum reconditos, incident, vtendum sit itinere: quod si antro se continebunt, neminem, quantum in eis fuerit, egredi patientur. Rebus ita compositis, cum reliquo exercitu ad itinera insiden- da, quo Ioannis legiones ducendæ erant, profectus, cum non multo post Ioannes eò cù copijs aduentaslet, ob equorum hinnitum, armorumq; fremitum insidijs ac dolu formidans, retrò vertit iter. Exemplò qui per conuallem iter fecerant milites sese illi obiiciunt, nec certaminis ullam quidem moram faciunt. Theodoricus quas silentio continuerat legiones in aciem eduxit. Diu congressi sunt. Verum Iohanni haud æqua dimicatio fuit. Ex pælio profugientem pauci subsecuti sunt equites peditesq; suorum: ceciderunt ea pugna duo millia, duo capta: haud procul fuit, cùm à peditibus duobus ex equo prostratus est. Nulla alia causa evasit, quam quod eos, vt pietatis, clementiæ, humanitatis partes suscipient, precibus fatigauit. Principio noctis Theodoricus Lucam se retulit, iussitque ad Federicum literas perferrri, quibus de prospera pugna à se facta certiore fecit. Is cùm eas legisset, incredibili exiliens gaudio: Abi, inquit, quilibet detulisti, ac nuncia Theodorico, quæ ab ea acta sunt, mihi grata extitisse, sed illa multò fore gratiore, si ad eas urbes, quæ Ioannis subiiciuntur imperio, exercitum admoueat, coneturque eas in potestate suam redigere. Insuper agros ferro ignique peruastet, quos obuios habuerit hostes, ad vnum necandos curet, quibus potietur, urbes & diripiat &

*Francofurtā ad Viadrum.* incendio absummat. Inter cetera ad Francofordiam castra ponat, ipse paucis post diebus, qui illi suppeditas feram, cum manu minimè contemnenda adero. Theodoricus, quod in Federici voluntatem concederet, validissimo in urbe reliquo praesidio, cum reliquo exercitu ad Francofordiam contendit, ipsam diu obsedit. Ut vidit expugnationi difficultem (Nam in eo dies prope triginta absumperat) ad vastanos agros omni fuit cura intentus. Ex quo tantus Iohannipauor inieetus est, ut Theodoricum ex discordia valde acerba, atque diurna, in gratiam inducere instituerit. Igitur qui inducias petret, oratorem ad Theodoricum misit. Is non esse in sua potestate eas dare respondit, ad Federicum iter faceret: quicquid ab eo institueretur, sese ratum habiturum. Accessus orator Theodorici sententiæ: ut autem legationem exposuit, inducias sibi dari petijt. Federicus in oratorem oculos coniiciens: Quoniam (inquit) non semel, sed saepius vieti & fugati estis, exercitus vestri occisi, agri peruersati, urbes obsidione cinctæ, ad petendas inducias venistis. Nulla vos iniuria lacesui, mihi bellum indixistis, antequam in Misnensem agrum a vobis direptiones fierent. Haec erant agenda consilio: nunquam vobis fortuna affulxit, quoties nobiscum signa contulisti, toties vieti, perculsi, ac maiori parte exercitus amissa consternati, profugisti: ut mihi fratrique meo imperium extorqueretis, nullum discriminis genus vobis defugiendum putastis. At ne clementiaz videat abiecisse memoriam, duorum mensium inducias impetratis volumus. Oratore dimisso, de inducijs Ioanni datis Theodoricum certiorem facit, ac Jacobum Schonbergium, ut in castris militem contineat, quod ei ad Haganum urbem proficiscendum sit, per literas admonet. Is locus erat, quo Nobiles permulti Ioannis & principes ipsi conuenturi erant. Cum principes, quod suum de bello consilium foret, exposuissent, Iohannes Eberhardi, quem captum ostendimus (eratis quidem insolens & arrogans) mentionem habuit, indignum esse, ut tantus princeps in catcerem sordidum coniaceatur, quod inter captiuos facienda esset distinctio. Tum Gotardus quidam Libanotinus (huic Endano erat agnomen) ita concionatus est: Existimauit te, ô Iohannes, huc contendisse, qui conditiones pacis tanquam a victoribus acciperes. At quantum conjectura possum assere, in hanc urbem profectus es, qui victoribus eas dares: An principes nostros tantam temeritatis notam subisse arbitraris, ut captiuos tibi reddendos current? Nihil a te prætermissum est, quod principum nostrorum posses imperium euertere, si durius aliquid accidisset, omnem in ipsos crudelitatem adhibuisses: optatis tuis fortuna minimè respondit. Quas clades acceperis, animo agita. Hac oratione Iohannes vehementer corrimotois est, omnisq; insolentia ei ex animo excidit: igitur in hanc sententiam responsum reddidit: Quod me non solùm prælio fuderitis, sed castris quoq; exueritis, nulla me capit admiratio, cum sint incerti bellorum exitus. Si me prælio inferiorem discessurum autem assem, nunquam manu consenseris. Nec vos a me dissentietis, quibus si fortuna aduersa fuisset, eandem subissetis calamitatē. Illud prædico, illud denuncio, ne maximæ cuiq; fortunæ credatur. Cui quondam fortuna aspirauit, cogor pacem petere, quas mihi conditiones subeundas statueritis, haud recusauerim, modo ab humilitate minimè abhorreant. Nulla sum imprudentia lapsus, ipse misericordia adductus, quod parens vester lese regno a vobis spoliatum afferebat, hunc impetu belli in me converti: ut ei subsidio essem, non postulabat, sed flagitabat, quod cum domo vestra constitutam necessitudinem longè antequam vos nati essetis habebam. Non referam quæ mihi beneficia contulit: quæ si memoria delevisset, qui quis me crudelitate præditum, ferum, asperum, inhumanum existimasset. Nondum sua in me merita sum assecutus. Suscipite per Deos immortales meam excusationem. Quid loquar de Eberhardo principe, qui ut parentis vestri saluti dignatique subueniret, a vobis prælio fractus est? Is clausus in tenebris, cum moerore & luctu morte grauiorem vitam agit. Eum obsecro tam aspero carcere emittendum curate. Plura dicere parantem, haud sustinuerunt principes. Tu inter eos pax confecta es: ea in has conditiones conuenit: Omnis discordia è memoria excederet: In posterum se mutuis prosequerentur officijs. Eberhardus sub ea conditione, ut auri pondo sexdecim soluerentur, pristinæ libertati restitueretur. Iohannes filiam Federico in matrimonium traderet. Extractum est hoc bellum in annos duos, menses nouem.

*Brandeburgicus ad pacem animurus adiicit.*

*Jacobus Schöbergius.*

*Actio Hagenensis cum Brandenburg.*

*Gotardus ab Enda.*

*Brandeburgicus se purgat.*

*Cum eadem pax constituta.*

JOHAN.

32

# IOHANNIS GARZONIS

## BONONIENSIS, DE BELLIS FEDERI-

### CI MAGNI, SEV RERVM SAXO-

#### nicarum, Liber secundus.



NTERA Albertus, cùm, quod ante a tentauerat, id parum proce- Albertus.  
deret, incertus consilij, vtrum omnem curam suam ad componen-  
dum cum liberis pacem cōferret, an bellum instauraret, se in Tu-  
ringia continebat. Ita enim propositum illis ex sententia cesserat, vt  
nonnunquam rebus suis diffideret, ac desperaret: tādem eos iterum  
bello prosequendos statuit. Ut igitur regionem Lusatiorum, Mis-  
nensium, & Libanotanorum, cui Federicus Theodosiusque impe-  
rabant, ditionis suæ faceret, Adulphum Nassauum, cui per id tempus delatum erat Ro-  
manum imperium, conuenit: huic reliquæ vrbes, castella, agrique, quibus liberi impe- Venit filiorū  
possessiones  
Adolfo Cef.  
rabant, ab eo venierunt, vt quorum potestas late patebat (siquidem magnam Germanię  
partem complectebatur) hi in paupertatem incidenter, miserique redderentur. Verūm  
Adulphus cùm emisset ære alieno, in multum potentia euasit, vt ne Deos quidem ira-  
tos sibi timendos duceret. Haud præterea parua elatus lœtitia, quòd in Bohemos, qui-  
bus cum bellum fuscipere statuerat, facile patebat aditus. Paucis pōst diebus Albertus  
sele patriæ reddidit. Tum ipsum, quā fieri posset, vt quem ex impudico scorto in lucem  
fusceperat, filio (huic Ludouico nomen erat) Turingia hæreditate obueniret, cogita- Studet nothe.  
rio subiit. Etsi res ipsa admodum difficilis esset, nec mediocri egens consilio, eos tamen,  
qui inter cæteros insignes erant, sibi conciliabat. Id optimum factu existimans, qui an-  
nō puberratis egressi erant, nobiles ad se alliciebat, hortabaturque, vt ad rem milita-  
rem incumbenter: qui ea præstitissent, cæterosque antecellerent, hos maximis munc-  
ribus se prosecuturum, non solū recipiebat, verum etiam vltro pollicebatur. Com-  
plures in auratorum equitum numero adscripsit, & eos potissimum, qui nobili erant  
genere. Fortè ita casus tulit, vt ludos militares ex industria pararet. Per multi conuene- Eius ludi mi-  
litares.  
runt, tum spectaculi tum dimicationis gratia. Fama est alios lusisse hastis, alios gladijs,  
alios lapidibus, alios palæstra. Vt ludis finis impositus est, ex omni multitudine sexaginta  
ad se acciri iubet iuuenes: qui quoniam longè ante alios egregiè dimicauerant, ab eo  
baltheis aureis, gladijs militaribus, calcaribus aureis, castellis, agris donati sunt. Prin- Inuidiosa ma-  
nifestatio.  
ceps (cùm amplissimis verbis iuuenes gratias egissent) huiuscemodi orationem habuit:  
Egregia virtus vestra, quam hodierna die præ vobis tulistis, præstantissimi iuuenes, ef-  
fecit vt maxima sim vobis benevolentia obstrictus. Quæ à me accepistis munera, et si  
debilis sunt, atque exigua, ea quælo bono iucundoque animo accipiatis, in posterum  
maiora amplioraque accepturi estis. Optima rei militaris iecistsis fundamenta, in ea per  
deos immortales incumbite, hæc est, qua fortissimi viri cœlestium numerum auxerūt.  
In hunc maximè modum nomen vestrum immortalitati commendabitis. Nec quic- Patria fæ-  
diuum.  
quam est ex omnibus rebus humanis præclarius aut præstantius, quām vos ea præditos  
esse virtute, qua à patria hostium impetum possitis propulsare. Illius amplitudinem non  
solū conseruare debetis, sed etiam augere. Semper verum decus in ea iirtute posui,  
quæ patriæ salutaris eslet, eam vos facultatem habituri estis. Quare pergit ut cœpistis:  
quantum in me fuerit, nec consilio nec voluntate vobis deero. Plura in hanc senten-  
tiam dicerem, ni vos eos, quales opto, futuros considerem. Hæc è referebantur, vt  
Ludouicum institueret hæredem. At iuuenes quòd virium robore florebant, tantam  
principis liberalitatem non admirari non potuerunt. Quisque se eum futurum polli-  
cebatur, qui vt in virum virtute præditum euaderet, ne vllum quidem laborem defu-  
giturus esset. Qui verò graui premebantur senecta (non enim ad quem exitum res ipsa  
peruentura esset, eos latebat) his huiuscemodi spectacula dolorem mœroremque effe-  
rebant. Hæc dum agebantur, Adulphus Philippum Nassam (erat hic quidem illi pa- Philippus Nas-  
sarius Adolfi  
L. gatus.  
truus) cum legionibus expeditis Sueorum, in agrum Libanotanum proficiisci iubet:

D

monetque ut cuncta igni ferroque absunt, ciuitates oppugnet, principes submoueat,  
 atque omnem regionem in potestatem suam redigat. Philippus ut hec Adulphi volun-  
 tati concedat, per Turingiam ad Citicam urbem (olim Cittu conditam) venit, inde po-  
 pulato agro, tugurij & villis ac templis igni crematis ad Bornium contendit: ibi dies  
 aliquot statua habuit: ad Elistrum reuertitur. Tandem non longe à Picastro, ubi non-  
 nullæ Federici copiæ hybernauerant, cum exercitu confudit. Hæc posteaquam Fed-  
 erico nunciata sunt, confestim Lipsem cum exercitu iter fecit. Theodoricumque, ut re-  
 liquas copias ad Picastrum admoueret, monuit, quod eò profecturus esset. Theodori-  
 cus enixè imperata fecit. Hauguitius, qui ad Picastrum custodiam habebat Imperator,  
 tantum ei hostili exercitu terorem iniecerat, quod nec egrediaudebat, nec militem  
 in aciem educere. Igitur qui exercitum hostium luctret contempleturque, silentio no-  
 ctiis emitit, castra ubi sint locata conquerat. Egredientem haud cœpit parua admiratio,  
 quod agro peruestato, non nisi solitudo esset. Nec à suspicione absuit, quin hostes locu-  
 insiderent, ex quo impetu in ipsum facto præhenderetur. Casu villicū habuit obuium,  
 ex quo intelligit, exercitum ingenti præda hominum pecorumque acta, ad Aldenbur-  
 gum urbem contendisse, nec procul ab Elistro amne statua habere. Aldenburgum  
 Cauritania Choris vel Caupis Ptolomæo dictis, incolunt, nullius principis potestate  
 subiectum, opulentum quidem tum suis opibus tum agrorum fertilitate oppidum. Se-  
 natores urbis, ut in curiam proficiscendum est, effedis vehuntur. Matronis in solenni  
 pompa, non nisi stratis per viam tapetibus ad templum est iter. Incolarum voluntatem,  
 ut inde frumentum atque omne genus commeatus portaretur, conatus est Philippus ad  
 se allicere. Non longe ab urbe collis est, in eo sita est arx firmissimis munita præfidijs.  
 Hugo eius præfector, qui partes Federici fouet, ut ex nuncijs cognouit, Philippum pro  
 hoste esse habendum, repente in urbis & castellis, quæ ad Plissinam amnem suæ sub-  
 erant ditioni, expeditos milites cum fundis & iaculis & alio genere armaturæ im-  
 posuit: Borniūm urbem, quæ non multo ab Aldenburgio distat inter uallo, magna vi  
 magnoque telorum præsidio muniendam duxit. Postero die ad Philippum legatos mi-  
 sit, quibus causis ipse adductus, ad alienas terras peruestandas vim suam expressisset.  
 nulla belli denunciatione facta, sciscitaturus. Philippus nequaquam iram suppressit.  
 Non modò non legatorum verba auribus admouit, sed capi etiam eos iussit, acto que-  
 ri, necatique. Ex legatis quendam, quod magno visus erat ingenio, summaque indu-  
 stria, (huic Hermanno Kaynuto nomen fuit) ad se deducendum curauit, cumque in  
 secretum abduxit. Tum ita locutus est: Quod Federicus de parente male mereatur, non  
 te fugit, qui tres prope annos pluribus eum prælijs oppresserit. Federico nihil est curæ,  
 nisi ut patrem paruis opibus ac facultatibus reddat præditum. Quis hanc offensionem  
 pertulerit, quis tolerauerit? Quare nullam magis egregiam nauare operam poteris,  
 quam si aut homini perdit & nefario potionem, qua epoto, decedat, dederis, aut mihi  
 viuum tradideris. Neque ego ingratitudinis notam subibo, quin maximis officijs tua  
 ista beneficia remunerabo. Tum Hermanus, prius, inquit, de vita decedam, quam à me  
 fides soluatur. Magnum Suevis dedecus inuris, qui cum collatis signis patenti campo  
 dimicare insueritis, ad venenum, id quod est hominis infimo loco nati, ac nullo splen-  
 dore vitæ, nullaque commendatione famæ defensi, declinastis. Quod si aliqua polleres  
 virilitate, non veneno, sed gladio aut telo Federicum appeteres. Qui veneno honorem  
 petunt, hos ad Aquilios & Vitellios recidisse dixerim: Libonotanus sum, cuius consue-  
 tudinis est cum hoste manum conferere. In posterum de veneno infundendo ne ver-  
 bum quidem feceris, educito gladium, te in Federicum conferto. Cognosces viri for-  
 titudinem: fortem mihi crede & constantem suscipe atimum, haud quanto te sceleris  
 inquinaueris, intelligis, qui ius legationis non solum verbis, sed reipsa violasti. Nec Fe-  
 dericus legatos omni suppicio interfectos, inultos relinquet. Romani Corinthum, to-  
 tius Græciæ lumen, quod eorum legati superbius appellati erant, extinctam esse volue-  
 runt: ne tibi quidem impunè cedet: ipsi dij vindices scelerum de te exquisitissimum su-  
 ment supplicium. Quod verò, ni voluntati tuæ paruerim, te capite meo potiturum, af-  
 firmas: Sequar Hannibalem Carthaginem, cui cum à Nerone ferro vita cripienda  
 esset: Vtere, inquit, Marte tuo, Hannibal sum, nullo terrore letho. Philippus tātam ani-  
 mo concepit iram, ut ipsum in vincula coniiciendum duxerit. Interim qui fuga euase-  
 rānt

Zeit.  
 Born opp.

Hauguitius.

Aldenburgum,  
 cuiusque vetus  
 opulentia.

Hugo præ-  
 fectus Alde-  
 burg.

Legati à Phi-  
 lippo Nass.  
 violati.  
 Hermannus  
 Cnautus.

Elias fides ani-  
 musque aper-  
 tus atque in-  
 trepidus.

rant legati, ad Federicum veniunt, nunciantes Hermannum à Philippo captum. Ille tanti viri casum non dolere non potuit, quem vt vindicaret, omnibus statuit viribus Philippum concidere. Hæc instituenti nunciatum est, Philippum cum copijs in agru Bornianum peruenisse, vastasse atque non longè ab vrbe consedisse. Ex quo ad Bornium, vt cum Philippo congrederetur, exercitum admouit. Duum millium spacio à Philippi castris aberat, cùm vrbis primates ad se acciri iubet: quæ profectionis sua sub-  
Friderici ex-  
peditione Bor-  
nensis contra  
Phil. Nass.

fit causa exponit, se consilio agitasse, qui cum hoste sit prælio congressurus. Quare cùm non minus de ipsorum, quam de sua agatur salute, ad pugnæ præsidium ei robustissi-  
mos milites, quibus abundant, conferrent. Corroborato exercitu, inter vrbum & Phi-  
lippi stationes consedit. Duorum dierum quietem sumpfit, tum milites vt arma expe-  
diant, iubet: qui leuis armaturæ erant milites, vt hostium castris obequient, eosque ad  
pugnam allicant, præmittit. Ipse cum reliquo exercitu ipsorum tergis insistebat. Vix  
demandatū sibi munus obierant, cùm qui ad castra custodiam agebant, quanta maxi-  
ma possunt voce, inclamant adesse hostes. Qui cæteris ætate anteibat, Sueus quidam,  
Subsistit, inquit, Libanotani, si viri estis, nunc operas viris dignas edite, nunc in acie  
state, an Sueus Libanotani in re militari prestant, fit nunc periculum: vtrorumque vir-  
tus enitebit. Hæc vbi dicta dedit, ipse vnâ cum cæteris custodibus in equum assilijt, at-  
que in hostes se confert: nec illi pedem referunt, quin subditis equis calcaribus, se in  
medios hostes mittunt, & memorabilem edunt pugnam. Interea Federicus hostium  
castris appropinquauit: qui manum conserebant, ne interciperentur suspicione addu-  
cti, gradum referunt, permulti ferro vitam amittunt. Tum Philippus, vbi Federicum in  
acie stantem compertum habuit, edixit, vt milites parati instruqtique in hostes impe-  
tum facerent. At Federicus, vt illorum impetum sui excipiant, commonet. Diu con-  
tractum erat certamen, cùm Philippus militem ne animum contrahat, demittatque  
hortatur, eum victoria potiturum. Verum Federicus, quod hostium plures ex equis  
prostrati erant, vulneribusque affecti, se prælio superiorem faturum animo præfagie-  
bat. Igitur capita ad se accersiri iubet. Ut diu inter se sermonem contulerunt, acies in-  
struunt, & collato pede concurrunt. Inclinabant Sueui. Tum Philippi iussu tubicen  
recepit, cecinit. Sueorum mille interfeci sunt, ducenti capti. Haud affirmauerim,  
quod quidam annales habent, Federicum ne ullum quidem desiderasse militem, plu-  
re stragula confixos. Fuere nonnulli, de quibus magna Federici erat opinio, qui castra  
hostium oppugnanda censebant. At Federicus edixit, vt pugna abstinerent. Si quis  
*Tempestiu-*  
*prudentia.*

eius iniussu oppugnatum ea proficeretur, vt in hostem animaduersurum. Cùm igi-  
turse in castra retulisset, Philippi trium dierum inducias petentis, vt corpora sepelien-  
digratia in unum conferrentur, voluntati obtemperauit. Hæc accepta clades effecit,  
vt Philippus rebus suis sapientius consuleret, nec temerè & fortuitò sibi subeunda es-  
set dimicatio. Interea Federicus, qui ea pugna de se optimè meriti fuerant, milites in  
prætorium acciri iussit, atque huiuscmodi verba locutus est: Quanta in rebus bellicis  
virtute polleant Sueui, proximè intelligere potuistis, ea clade illata, vt castra minimè  
egredi audeant. Eò peruentum est, tantus est ipsis terror iniectus. Quamobrem nolite  
commilitones mei fortunæ (id quod est tritum sermone proverbiū) se præbenti de-  
esse, & oblato casu ad consilium fletere. Prioribus diebus hostium stationes adoriri,  
atque oppugnare statueratis: ne castra egrederemini, prohibui, quod ex vobis alij vul-  
neribus affecti erant, alios pugnæ labor confecerat, pauci integri & recentes. Plures à  
nobis dati sunt ocio dies, petamus hostium castra, ea oppugnemus. Nobis in manu est  
victoria, languori ac desidiæ, vt exploratores referunt, se dederunt. Pudendum est Sue-  
uos in agris vestris tam opimis, tam fertilibus, vt varietate fructuū, & magnitudine pa-  
stionis, cæteros antecellant, statua habere. Quare pœnas aut morte, aut turpi depen-  
dant fuga. Hac oratione impulsi, prælium capessere statuerunt, & quales se gloriari so-  
liti erant, eos se præstare. Igitur tripartito exercitum instruxit: nam qui non multo erat  
corporis robore, ac animo demisso, his vrbum tuendam dedit. Qui verò rem militarem  
callebant, hos ad stationes hostium oppugnandas secum duxit. Reliquos vt triariorum  
munus sustinerent, instituit, quod si quid aduersi illis euenisset, ipsi præsidio essent. Re in  
hunc modum composita, Federicus Imperatorem cum legionibus expeditis sese in ho-  
stem conferre iubet. Haud procul ab eorum castris aberat, cùm Philippus ab explora-

*Concio mili-  
tarus.*

*Oppugnatio  
castrorum  
hostilium.*

## IO. GARZONIS DE BELLIS

38

toribus de ipsius aduentu certior fit. Igitur factu optimum ratus, ut milites instructi atque armati castra tutentur, hostemque tantum repellant, per præconem pronunciat. Si quis ea egrediatur, is sciatis pœnam sibi esse constitutam. Ut ad castra ventum est, utrique tela coniiciuntur. Federici Imperator militibus animum afferre adnititur, eam præ se ferant virtutem, quam tot secundis prælijs præ se tulerant. Hac oratione commoti, in castra profiliunt. Res gerigladijs excepta est. Eo prælio victoria penes Imperatorem fuisset, ni Philippi hortatu Suevianum recepissent. Utrinque complures gladio ad internectionem cæduntur, ac sine ullo respectu pietatis extinguuntur, atque Imperator portam, quam patefecerant milites, in potestate suam rededit. Tum vniuersus exercitus in tentoria impetum facit. Nequeo oratione consequi, quantum sanguinis fuderit. Quippe quantum dextræ ad cædendum valebant, tantum interficiebantur. Philippus desperata victoria, cum paucis equitibus prælio profugus Aldenburgum peruenit. Imperatori eum subsequi, haud fuit in animo. Satis superque erat, quod eum castris exuisset. Hac victoria elatus, Bornium exercitum deduxit. Tulit in ea signa militaria complura, galeas cælatas, vasa argentea, auri argenteaque vim magnam. Vasa galeæque Misnam eius iussu deportata sunt, atque in diuī Donati templo locata. Interētis paucis diebus, Philippus ad Adulphum literas perferti curat, quibus se prælio profligatum exponit, exercitum casum, impedimentaque amissa: *Quare si bellum instaurandum curet, mittendum supplementum esse, mittendamque in stipendium pecuniam.* Adulphus qui mentem suam ad Misnam subigendam contulerat, audita exercitus strage, repente Georgium Ottingensem cum infinita Suevorum ac Rhenensium multitudine Philippo in præsidium misit. Cum vterque copias coniunxit ad Bornium, ut ea potiretur, obsidione cingendæ negocium suscepit. Quanquam ab ea cum exercitu non longè consedisset, ipsam tormentis nocte & interdiu verberasset, ciues tamen, qui in Federicum fide & animo erant singulati, nullus perstringebat pauor. Obsidio ipsa etiā dura esset atque aspera, eam tamen oppidanī nihil pendere, quod Federicum omnibus rebus potiorem habebant. Verū magna vis hyemis adeò Suevos premebat, ut Imperatores exercitum abducere cogerentur. Paucis post diebus Aldenburgiū hyematū contenderunt, Adulphumq; ut nouum militem eis ad belli præsidium conferret, literis monuerunt. Interea legatos pro petendis triginta dierum inducijs, ad Federicum mittunt: quod ad componendam pacem omni sint cura intenti, Aldenburgiū ipsorum legati conueniant. Qui cum conuenissent, humanè benigneque accepti sunt. Tum Philippus huiuscmodi orationem habuit: *Nunquam in animum meum induxi, viri Libanotani, ut Adulphus, et si illum cognitione attingam, vos bello prosequeretur. Quod si ipsum ad sententiam meam traducere potuissim, profectò res meliori loco staret. Neque nescij estis, quantum urbibus atque agris vestris ex bellis damna sint suggerita. Toties nobiscum signa contulisti, multis cladibus percussi sumus. Nondum bello superiores discessisti, in fine stabilitas, permulti in prælio mortem occubuerunt: Clariſſimi viri, quos si fieri poterat, immortales esse oportebat, orbati sumus. Quod si in mea potestate situm fuisset, nequaquam inter nos manus cōseruisse, mihi in Adulphi sententiam concedendum fuit. Si ager vester vastatus est, si ædes vel træ flammis absuntæ, si ad mœnia urbium signa propè intulimus, si eas obsedimus, nimis absurdum à culpa, voluntati alienæ sum obsequutus: ut utilitatem publicam priuatæ anteponem, nullum genus mortis mihi recusandum putavi. Princeps Albertus, hanc, quam iniuria possidetis regionem, venum Adulpho dedit: hic magnam vim auri excoluit. Sua repetit: qui si hac occupatione se relaxaret, quiuis eum nulla mente constare arbitraretur, magnum Romano imperio dedecus inureret. An vos eos esse existimatis, qui Adulpho, qui omnem propè Germaniam, Pannoniam, Bohemiam, sub imperio suo rededit, resistetis? Hac si estis mente (bona venia dixerim) aniliter desipitis. Vestrum est, viri Libanotani, quantum studio & fidelitate consequi potestis, incepto abfistere. Accedite sententia meæ: cum eo redite in gratiam: quæ inter nos extiterunt discordiæ ac dissidia, sempiterna deleantur obliuione. Ipse, ut rem paucis complectar, prius de vita, quam de sententia decebat: qui Romani imperij decus atque utilitatem sibi defendendam suscepit. Quod si iure non poterit, armis tuebitur: quam amplissimum ex equitatu ac peditatu cogit exercitum: statuit quam sibi dīj daturi sunt experit*

*Victoria.*

*Spolia.*

*Georgius Ottingensis, suplementi Cæsarei ductoris, Bornium subobsessum.*

*Aelio Aldenburghensis de pace.*

experiri fortunam. Ut Philippus orationis suæ finem imposuit, Otto Plugius, qui apud Libanotanos summo erat in honore, in hunc modum respondisse fertur: Si, quæ protulisti verba, cum his, quæ abs te priore anno gesta sunt, consentanea essent, viri Libanotani excusationem tuam acciperent. Nam quod infestissimo in eos odio esses, maxima dedisti documenta, quilegatos suos vinculis ac verberibus, atque omni supplicio excruciatos, necandos iussisti: quid abs te crudelius fieri potuit? Quod vero ais regionem Libanotanam Romano imperio subiici, quod eam Albertus venum Adulpho dederit, ex quo Federico decadendum sit: verba sunt, atque ineptiæ. Quod si in sententia permanerit, Adulphum, quod ei summi imperij ius datum sit, regno spoliaturum affirmas: Haud tanta nos capit mentis insaniam, ut eos nos esse arbitremur, qui Adulphi impetum excipere valcamus. Multa in Italia atque Asia bella ab Imperatoribus gesta sunt: nunquam eorum voluntati defuimus, maximas hostium copias nostro sanguine ac sudore fuderunt: atque inimico ferimus animo, cùm nobis præter iustitiam, bellum inferendum duxerit: ei Deum benignitate resistemus. Non languor, non desidia nos in oppidis atque agris, quæ ditionis sunt Federici, tuendis occupat. Nullate dubitatio capiat, quin hi simus, quales patres nostri, qui Quintilium Varum cum tribus legionibus de medio sustulerunt. Illo inuitò eam regionem incoluimus: nec tu ignoras, Sueuostuos à Saxonibus inde propulsatos. Sed ut rem paucis absolua, tibi nos eos fore pollicemur, qui nunquam fit decessuti simus. Federico corpus animumque addiximus. Igitur infecta pace, quisque in tecta sua discesserunt. Postero die Legati vrbe excesserunt. Philippus rem omnem, ut acta erat, ad Adulphum deferri iubet: ex quo iracundia adductus, aduersus Libanotanos comparato cùm ex Suevis tum è Rheni accolis exercitu, expeditio ditionem fecit. Igitur per Tubantinorum agros in Libanotriam dicens, ibi primum ad vrbum Cygneam exercitum duxit. Fuit hæc vrbs tunc Imperatori subdita, à Cygnæ. gno conditore dicta, postea ab Henrico primo instaurata: vbi triduum statua habuit. Ibi parte exercitus Philippo tradita, cum reliquis copijs ad Friburgum contenit. Inde per Cammannos iter fecit. Est hæc vrbs Marchioni Misneni subdita, ab Octone, tempore Federici primi, ob opulentissimam argenti venam, muris circumdata. Nec proculab ea castra posuit, quod ad ipsam potestati suæ subiiciendam propenso ferebatur animo. At Federicus ut ex speculatoribus, Adulphum vrbum ipsam obserfatum, accepit, repente Nicolaum Hauguitum cum manu minimè contemnenda, quicquam tuendam susciperet, silentio noctis præmitit. Clius non longè abest à Friburgo, sub eo fossores fossam admodum altam duxerant, inueniendi argenti gratia. Eius rei inscius erat præfectus quidam Adulphi. Is in cliui cacumen, vt vrbis mœnia & situm contemplaretur, atque eo in loco castra poneret, cum his quibus præerat copijs, euasit. Vix hora intercessit, vt cliuus concidit: ea ruina ipse vna & copiæ oppresse sunt. Adulphi animo tantus est pauor iniectus, vt exemplo castra deserenda duxerit. Tum commilitones suos ad se acciri iubet. Ego, inquit, si gradum retuli, nulla vos admiratio subeat: non enim ab obsidione abduxvi exercitum: Verum tot existunt cuniculi occulti, vt nisi rebus nostris consuluerimus, eandem præfecto simus subituri fortunam: quare concedite in sententiam meam. Præmittendus est speculator, qui loca in quibus considamus, castris idonea metetur. Cùm igitur is loca diligenter inspexisset, non longè ab vrbe retulit solidum esse solum: nullisque refertum cuniculis: eò cum exercitu iter conuertit. Interea oppidani in muris præsidia disponunt, iubentes, vt per vices vigilias agant custodes. Insuper diligunt, qui nocte intra pomerium muris obambulent: si quem habuerint obvium, qui nequaquam edat nomen, illi co comprehendant, sciscienturque quid causæ subsit, cur nocte ad pomeria contererit. At Adulphus, quod iam vrbum oppugnare statuerat, tormenta disposuerat, in muros saxa ingenti pondere emittebat: quod factum est, vt magna pars murorum ex lignis, tenaci terra, virgultisque miræ latitudinis murum extruunt, qui saxorum ictus posset excipere. Vbi hostis, quod tentauerat, secus cessisse animaduertit, Adulphi iussu gradum retulit, præfectusque ad aliam muti partem,

Otto Plu  
gii.

Adolfus Cef in  
myriam ex-  
pediit.

Cygnæ.

Friberga.

Nicolaus  
Hauguitus.

Adolfus ca.  
straad Frib-  
berg mutat.

Eandem ho-  
stiliter oppu-  
gnat.

quæ ab ruina non exiguo spatio aberat, scalas admouet, descendere adnititur: qui ad eam partem custodiam habebant, illum dant præcipitem, alijs ventrem, alijs pectus, aliis brachium hastis transfigunt: alios in faciem vmbone percutiunt: quo istu ex muro prolapsis, crura, ceruice, que infringuntur, nihil sicut fossæ, quod cadaueribus non impletetur. Ex quo Adulphus, qui a tergo non aberat, præcedentibus receptui cecinit: atque omnes cogitationes suas ad vrbem fame macerandam contulit. Annum vnū mensis quatuor traxit hæc obsidio, cum iuuenis quidam, qui vrbem incolebat, ex occulto in hostium castra proficiscitur. Ei Adulphus sui conueniendi potestatem facit: Si mihi inquit, Imperator, præmium fuerit, te omni, qua vehementer afficeris molestia, libeabo: diu hanc vrbem obsedisti, nondum eius compos factus es. Acquiesce consilio meo, à quo si te sciunxeris, omittenda tibi prorsus erit obsidio. Aquæductus, per quem non nunquam aqua in vrbem fertur, non longè à porta abest: in eum si miles ingrediatur, non modò ad mœnia vrbis penetrabit, verum etiam in vrbem transibit: non absurum veritate, tu periculum facito. Adulphus iuuenis verba auribus admouit, spondens se munieribus & beneficijs complexurum. Igitur milites duo è suis cum illo missi, qui aquæductum inspiciant, & an ita sit, considerent. Illi re diligenter inspecta, nunciant iuuenem nullo mendacio contaminasse veritatem. Itaque milites tricenos clypeum, gladium, scalprum, malleum, securim iubet sumere, atque accensis luminaribus aquæductum ingredi. Ut ad murum ventum est, substiterunt, subito in infringenda muri fundamenta, omnem operam conferunt, brevi ingens lapidum multitudo amota est: vix aquæductum egressi erant, cum magna pars muri corruit: Illico Adolphus cum expeditis legionibus affuit: oppidani, quod hostis ingressum prohibeant, accurrunt, ingens contrahitur certamen. Atrox cædes vtrinque editur: sed cum vis vi reiici non posset, Adulphus siquidem armatorum multitudine abundabat, victoria potitus est. Oppida ni complures ex prælio in arcem demigrant. In sequenti die Adulphus caduceatorem ad arcem præfectum præmittit, qui vitam fortunasque omnium, si eam velint tradere, polliceatur. Præfetus, ne molestè ferat, respondit, si prius ad Federicum rem ipsam detulerit. Erat Federicus per id tempus in Misna: vbi vrbem captam, arcemque in summo esse discrimine, nec posse illi esse præsidio, quod Philippus cū maximis copijs transitus insedet, cognouit, præfectum, vt eam traderet, literis monuit. Pluris præterea homines, quam arcem commilitonesque suos, quorum virtutem pluribus prælijs didicerat, estimabant. Hic igitur quod omnibus in columnis res suas licet efferre, in bonam spem adductus, Adulpho arcem tradidit. Cum in vrbem cuncti venissent, Adulphus portas, ne quis ingredi, aut egredi queat, obseruari iubet. Præco eius iussu, vt qui arcem egressi fuerant, confessim omnes arma sub exitu vita deponant, edicit: id editi non paruum timorem illis incussit. Ut tandem animos receperunt, instituunt egregiam mortem occumbere, sed eos Misnensis quidam, cui multum tribuebant, dehortatus est. Armis in hunc modum depositis, eos Adulphus ad se accersit, atque nisi intradie tres grandi ære redempti sint, vnumquemque turpiter, ignominioseque peritum, se sacramenti religione obstringit. Hæc vbi Federico, quem illorum visendorum summum capiebat desiderium, nunciata sunt, stomachatus est, & molestè tulit, quod paucæ ei erant admodum pecuniæ, nec qui ipsius imperio seruiebant, quod per tot annos exhausti erant, pecunias imperare audebat. Ex quo Legatos ad Adulphum mittit, querentes, non esse Imperatoris Romani, fide decedere, se eius commilitonibus spōsione fidei esse obstrictum. Adulphus, qui in Federicum hostilem gerebat animum: Quæ, inquit, protulisti verba, apud me pro nugis habentur: Ni die crastino, quem necis captiuis destinaui, pecuniæ soluentur, cunctis moriendum erit. Ut Legati ad Federicum redierunt, quo in captiuos Adulphus esset animo, exponunt: ipsum de vita potius, quam de sententia deceffurum. Ni æs grande exoluatur, ad vnum omnes perituros. Federicus in captiuos misericordia commotus, quod sua causa id discriminem inciderant, Legatos ad Adulphum iterum mittit, qui eius verbis, si captiui reddantur, tres vrbes nobilissimas, Grymin scilicet, Rottlitum, Lusniacum, quæ non multò à Multanio distant, polliceantur. In hunc maximè modum Adulphi lenita est ira. Cum legati & captiui vrbe excessissent, ad Federicum concesserunt: quos ut intuitus est, haud lachrymis temperauit. Tum ita orsus est: Quam utilitatem, quod emolumen-

*Obsidionis  
diuturnitas.*

*Transfuga  
Friberga &  
cipienda modū  
docet.*

*Federicus  
fuerum quam  
arcem aman-  
tior.  
Adolphi perfida.*

*Pernicacia.*

*λύπον pro  
captiuis.*

tum, quem fructum commilitones mei, quibus urbem nostram tuendam dederamus, consecuti sunt, improba fortuna, quæ fortissimis viris, ac de virtute optimè meritis, semper fuit inuisa, atque infesta, crudelissimè negauit. Si Fribergium amissimus, abestis vos à culpa commilitones fidelissimi. Biennum ab hoste obfessum est: nunquam ipsum suæ ditionis fecisset, ni fortuna ipsa viam aperuisset. Quanta vos benevolentia, amore, caritate, complacitamur, quiuis hac coniectura contequi potest, cùm vos tribus ciuitatibus potiores habuerimus. Nullus nobis scrupulus, nullaque dubitatio insicit, quin Deum munere eas repetituri sitis. Quæ fecistis, prudentissimo cuique probata sunt, non semper hostibus fortuna affulgebit. Non incruentam reportarunt victoriam: Si extrema cum primis contexent, haud multum assecuti sunt. Huiusmodi verba commilitonibus lacrymas excusserunt, ipsisque dolor vocem inclusit. Hæc dum gerebantur, Adulphus literas ad Philippum curat perferri, quibus illum docet, & Fribergium, & arcem in potestatem suam redegisse: quare sit bono animo. Paucis post diebus ad Fonteiam, quam paulò ante obsederat, regressus diu eam oppugnauit, quod Federicus robustissimis militibus custodiendam dederat: sed fame oppressi urbem in Adulphi imperium dediderunt. Inde cùm ad Picastrum castra moturus esset, ad oppidum, quam Lucam Libanotanorum vocant, iter conuertit: non enim parua ei suspicio inerat, ne ab oppidanis exercitu damna suggererentur. Igitur oppidum oppugnare admittitur: vt animaduertit frustra inceptum esse, quod ipsum Federicus firmissimis munierat præsidij, hyems præterea appetebat, copias abduxit, sequi in Sueviam contulit: vbi amplissimum numero coagit exercitum, quod in eunte vere in Libanotanos ei castra mouenda erant. Sed certior factus, quod aduersus ipsum Albertus Augustinus Adolphus filius. mansit. Veruntamen magnam copiarum partem ad Philippum, qui per id tempus Fonteia stativa habebat, sub ea conditione, vt sese ad illum adiungerent, properare iussit. Copia Philippi subdiaria. Paucis diebus quieti datis, quod de via fessi erant, ad Lucam abierunt. Equidem si animalibus fides adhibenda est, peditum erant viginti millia, equitum duodena. Hæc vbi Federico nunciata sunt, suspicione, ne hostis primum urbis compos fieret, deinde Picastrum obsideret, cùm numero & robore viroru[m] esset inferior, ex Libonotrijs & Milennib[us] pro tempore congregauit exercitum. Insuper qui in ciuitatibus hibernauerant milites, custodijs relictis, vt ad Lipsim conuenirent, edixit. Celebratis Missarum solennijs, cuncti Christum optimum maximum, vt ipsis de hostibus det victoriam, precibus fatigant. Ipse vt se eos præstarent, quales prioribus temporibus præstitissent, pluribus verbis hotatatur. In sequenti die Picastrum peruenit: vbi noctem vnam ocio dedit, sub lucis exortum ad hostium castra profectus est, quibus cùm appropinquasset, copias in aciem eduxit, eosque in prælium exciuit, nec hi pugnam detrectarunt. Adeò acriter concursum est, vt fremitus pugnantium Picastris sit exauditus. Diu victoria neutrò inclinata stetit: Libonotrij, quod egregiam Federico nauare operam instaurant, equis calcaribus concitis maximo impetu in hostem ferebantur, vnum quemque obuium ferentes. Sucui quanquam se illis obijcerent, cogebantur tamen pedem referre, quod grauibus vulneribus acceptis, mortem occumbebant. Quo factum est, vt perturbato ordine, prælio profugi, deserta & auia petierint, quibus nullus fugæ locus patuit, hi occidione occisi sunt. Ea pugna Philippus captus est, vnaque permultinobiles. Federicus Picastrum cum victore exercitu reuersus, interiecit paucorum dierum spatio, ad Lipsim contendit: præbant ipsum, qui equis vehebantur armati, exuuias in pilis gestantes. Sequebantur vinti captiui. Vt Lipsim intravit, quicquid auri argenteique fuit, in Thomæ apostoli templo posuit. Postquam Adulphus copias vietas, cæsas & fugatas, ac Philippum captum resciuit, ad reparandum exercitum omnii fuit cura intentus. Ex quo milites complures ad eas vrbes, quas ditionis suæ fecerat, tuendas eius iuslu profiscuntur, vt ipse quamprimum oblatam sibi occasionem putabat, subsequeretur. Verum prohibitus, quod ei ab Alberto grauissima bella inferebantur, cum reliquo exercitu se in ipsum confert: cum quo dum collatis signis dimicat, interficitur, id quod Federico maximam peperit lætitiam. Quin eo fuit animo, vt vrbes amissas breui recepturus esset. Igitur Philippus, vt acerbi quicquam atq[ue] incommode ei nunciaretur, à custodibus in ipsius conspectum deducitur. Tum Federicus, quo nunc,

Friederici  
suos confi-  
mat.

Bornium fa-  
me expugna-  
rum.  
Lata Obser-  
landia.

Albertus Au-  
gustinus Adol-  
phus filius.

Copia Phi-  
lippi subdi-  
aria.

Federicus  
millium se-  
g[is].

Hoc est ad  
confitulum  
excitum spon-  
sium.

Philippus  
Nass. captus.

Federici p[re]-  
patr[um] pha-  
lu[m] e man-  
bia.

Bellū Adol[ph]i  
cum Austria-  
es atq[ue] eades.

## IO. GARZONIS DE BELLIS

39

inquit, tua sese iactabit audacia? In quem abs te fiet impetus? quem legatum maestandum iubebis? Quas vrbes latronibus tuis diripiendas concedes? Ni quæ ad me iure attingent oppida reddenda curaueris, maximo tibi erit infortunio. Philippum tantus pavor, tremorq; omnium membrorum cepit, vt diu hiscere non posset. Animo tandem recepto, quæ in mea, inquit, sunt potestate, oppidorum compos fies: Fribergij reddendi, quando in aliena sit manu, ne mentionem quidem feceris. Paulo post Philippus in carcерem in Rotliciana arce demittitur. Vbi cùm aliquot dies mansisset, custodū frudefuga euasit: ad Colditium peruenit: vbi à suis summa cum iucunditate acceptus est. Adcō Federicus illius fugam molestè tulit, vt cæteros nobiles sordidissimo carcere in cluserit: atque amotis custodibus eius, fores firmissimis præsidijs munierit. Interea Alberto, de quo paulo antè meminimus, summi imperij ius defertur. Ad eum tum Philippi, tum Federici verbis literæ afferuntur, quod hunc Adulphus nulla lacepsitus iniuria regno depellere sit conatus, vrribus spoliauerit, cladibus affecerit. Quare vt aliquando tantis laboribus modus statuatur, suæ maiestatis esse. Id facile fieri posse, vt opera sua Philippus alieno abstineat. At Philippus se in maximum discrimin ad ductum, vereri que ne his vrribus, quas Adulphus in imperij Romani potestatem redegerat, priuaretur, affirmabat. Quare ferendas ei suppetias statueret, ne de Imperatoris dignitate minueretur. Albertus, quod ad omnes dolos, & ad omne consilium, vel cogitandum, vel explicandum prudentissimus erat, vtriusque literas & diligenter & accuratè legit. Igitur Federicum bono respondit esse animo, eum nulla spe decidere, quin amissa oppida sine istu gladij sit recepturus: Se ad Bohemiam breui iter facturum, Federicus ad eum diuertat, Philippus aderit, pacis inter eos componendæ se curam onusque susceptum, atque vt oppida reddantur, curaturum. Federicus hoc responso accepto, non mediocri exilijs lætitia. Haud multi dies intercesserunt, cùm Albertus Aldenburgium peruenit, ad Federicum vt ad se iter intendat, nuncium mittit. Concessit Federicus in Alberti sententiam. Nulla siquidem interiecta mora, eò contendit: ab oppidanis humanè benigneque excipitur. At Albertus erga Federicum collocutiones familiarissimas, complexusque summæ benevolentiae falso indices simulat, seq; pollicetur, quantum in eo fuerit, accessurum desiderio suo. Haud multo post hospes aduenit, Federicum ad sumendum cibum inuitat. Interea Albertus quendam ex armatis, quos ad custodiā corporis non solum in bello, sed etiam in pace habebat, ad se accersit: huic si Federicum necauerit, magna argenti aurique præmia statuit. Igitur auaritia captus se rem transacturum spondet. Cœnabat nobilissimus princeps, cùm latro districto gladio in triclinium ex occulto interuenit: qui cum Federico erant robustissimi ac fidelissimi milites, hominis mirati aduentum, repente surgunt, atque in eum conuicia faciunt. Non defuerunt, qui se latroni opponerent: vni gladio brachium traiecit. Milites ira perciti, latronem prehendunt, discerpuntque. Hospes ne tanti sceleris conscientia haberetur, hospitio Federicum abducit. Interea tanti facinoris fama urbem peruersit, ad rem visendam maximus fit hominum concursus, hospitium oppugnat: ingreduntur. Vt Federicum nusquam intuentur, in milites impetum faciunt: alios vulnere afficiunt, alios decidunt, alios prehendunt, alios in fugam vertunt. Postero die Federicus mutata veste, ac nullo comite, urbem egressus est, ac per nemora auia Picastrum terrestrī itinere cœcessit. In sequenti die, quibus apud ipsum præcipua erat autoritas, vt ad se accedant, commoneti iubet. Paruerunt illi principis voluntati. Cùm omnes ei assedit, quantam in ipsum & commilitones suos crudelitatem hostis adhibuerit, quiue impetus factus sit, exponit: haud procul abfuisse quin ab Alberti milite occideretur: se cum fore, qui posthac nulli Imperatori sit fidem habiturus. Nunquam in eo principe spem collocandam, cui ingenium non est laudabile, neque lene consilium, qui sequitiam meditatur more leonis, qui & vi & animi superbia fretus, prædæ auditus, gregem inuidit. Se nondum esui potuique finem imposuisse, cùm miles stricto gladio, vt ab eo occideretur missus est: se commilitonum suorum beneficio seruatum. Cùm in hac deflenda prolaberetur, steterunt grauissimi viri diu mutua admiratione defixi, omnes in auaritiam, qua vehementer impediabantur, crimen contulerunt. Enim uero si à veritate abesse volumus, fatebimur vnam esse auaritiam, cui si etiam adieceris superbiam, hanc ibo inficias, quæ officium omne peruerit. Tandem omnium cō, vt in Albertum vindicetur,

Sarcasmus in  
Phil.

Eiusdem fu-  
go.  
Colditium.

Albertus Au-  
bracus Ces.

Ingenium  
versipelle.

Federici pe-  
riculum.

Fuga.

Querimonia  
apud suos.

Auaritia o-  
mnium ma-  
lorum radix.

caretur, inclinarunt sententia. Cùm in hoc statu ad Picastrum res essent, Albertus cap*Austriaci ap-*  
 ptuos, quòd Federicum in columem petiſſe Picastrum rescierat, è carcere emitti ius-*pet-*  
 fit. His patriæ reddiderunt. Nec parua præterea, ne essent qui eum tanti sceleris auto-  
 rem arbitrarentur, suspicione adducebatur. Philippum verò ne fide decedat, ne animo  
 deficiat, ne vllus ipsum subeat timor, verùm vrbes atq; arces sibi tuendas putet, quòd ei  
 ingentes copias in præsidium breui sit missurus, certiorē facit. Postero die ad Fribor-*Friberga im-*  
 gum, vt ciues ad amicitiam & consuetudinem suam traducat, proficiscitur: eis tributo-*munitate do-*  
 rum immunitatem tribuit. Rebus ita compositis ad Boemiam diuerit. Hæc vbi Fede-*nata.*  
 rieo nūciata sunt, nulla interposita mora exercitum comparat, atq; ad Fonteiam castra  
 ponit. Interea Albertus, princeps Turingius, vt filium Ludouicum, quem extra matri-*Alberti in-*  
 monium natum diximus, institueret hære dē, se principatu imperioq; abdicavit. Eam  
 rem permulti inimico tulerunt animo. Sed præmio corrupti, nequaquam in sententia  
 manserunt. Haud multum temporis intercessit, cùm Albertus in Erfordia extremū vi-*Mors.*  
 tæ diem morie confecit. Confestim inter proceres, quòd alij Ludouico, alij Federico  
 principatum deferendum censebant, est oborta contentio. Vbi his de rebus ad Federi-*Procerū dīp-*  
 cum allatus est nuncius, Theodoricum cum multitudine armatorum ad Fonteiam cir-*siderū.*  
 cumue niendam mittit: ipse in Turingiam iter intendit: repente infinita expeditorum  
 militum multitudo sese ad eum adiungit. Ex quo ciuitates complures ditionis suę fecit.  
 Qui Ludouicō studebant, Erfordenses, Comitem Vinarię, Comitem Glichouensem,*Friderici in*  
 non nisi prælio superatos diuīs: quibus ad fugam pedes auxilio fuerunt. Secundò ad  
 Albertum Imperatorem proficiscuntur auxilium orantes: haud desuit Albertus eorū  
 voluntati. Nam quem ex Pannonicis coegerat exercitum, illis ad bellum præsidium con-*Gothia.*  
 tulit. Interim Federicus vrbem Gothiam, quondam à Gothis conditam, obsidebat.  
 Cùm legiones Alberti in Turingiam peruererunt, cuncta ferro incendioq; absumen-*Sangerham-*  
 tes, tandem cum Erfordensibus, vt tutiores redderentur, se coniunxerunt. Ea tempe-*sen.*  
 state Comes Vinarię, de quo paulo antè dixi, Erfordensibus imperabat. Corroborato  
 in hunc modum exercitu, in vrbis Sangerhausen portis confederunt. Diu eam obse-*Vinaria.*  
 derant, cùm incole occultum nuncium ad Federicum, vt ipsiſ copias in præsidium mit-  
 teret, proficisci iubēt. Paruit hic illorum voluntati: nam quæ ipſis præsidio essent legio-  
 nes expeditissimas duce Theodorico mittēdas duxit. Nec multo pōst ipse Gothiam sub  
 imperio suo rededit. Ut aliquot ocio dati sunt dies, cum viatore exercitu in hostes iter  
 confert. Quod vbi resciuerunt, ab vrbē copias abducunt, atq; in vrbem Vinariam pro-*Dicemauis in*  
 fugiſ recipiunt. Nec vestigij abest Federicus, vbi eos se in vrbem conieciſſe animad-*Mysnia sue-*  
 uerit, binis castris modico inter se distantibus interuallo, ne exitus inclusis ab vrbē, ne-*cessus.*  
 ue aditus foris ad auxilia intromittenda esset, in portis confedit. Tandem eius compos-*Hectorisber-*  
 factus est. Vi ne an deditioне incertum habeo: hostium alios occidit, alios cepit. Com-*gium Ecclesi-*  
 es Vinarię cum permultis Erfordensibus captus est, & in vincula coniectus. Ex Alber-*bergia.*  
 ti exercitu milites complures, mirum fuga euaserunt, seq; ad vrbem, quam Salzam vo-*Salza.*  
 cant, contulerunt. Qui cum Erfordensibus & Comite Glichouensi, vt eis præsidium  
 mitterent, per occultos agunt nuncios. Eo præsidio ad arcem, quam Hectorisbergium  
 vocant, castra admouerunt. Annum propè obfederant, nec eam imperio suo subiece-*Cedes.*  
 rānt. Ex quo Federicus, quòd multitudine hominum abundabat, ad eam obfisioneli-*Philippi Naf.*  
 berandam diuertit: quòd omnes ferē ſe fuga proripuerunt: qui operas fortibus viris di-*auxilaria.*  
 gnas edant mortem oppetierunt. Hæc cùm in Turingia geruntur, Theodoricus copiis  
 Sueorum prostratis, Fonteiam, Fribergum, compluraq; oppida, quæ ad eos descieu-*Philippi Naf.*  
 rant, in potestatem suam rededit. Ex quo ad Lipsiū in hyberna contendit. Casu accidit,  
 vt Dominicæ nativitatis sacra in templo diui Thomæ celebrarentur. Is cùm adcesset, q;  
 religiosissimus esſet, à milite quodam interfactus esſet. Extemplo fama percrebuit, id fa-*Ecclesi-*  
 tum Philippi hortatu. Id vbi Federicus ex r. locis cognouit, nulla interposta hora, Li-*bergia.*  
 psim venit, & in templo Diui Pauli Apostoli Theodoricus tumulatur. Ibiq; Philippum  
 Cygnaiorum, Aldenburgenſium & Camannorum præſidio, Fonteiam potestati ſuę  
 subieciſſe comperit: Deinde Lucam copias duxiſſe, atq; in portis confediſſe. Ex quo le-*auxilaria.*  
 gatos in Turingiam, qui delectum habeant, mittit, ipſe cum Libonotrijs Picastrum per-  
 uenit. In eam ciuitatem cùm omnis exercitus conueniſſet, in Philippum iter intendit,  
 eo animo, vt ſua manu eum occideret. Cùm vterq; exercitus diu congressus esſet, Im-

## IO. GARZONIS DE BELLIS

41

Confidit tū  
 Friderico &  
 interius.  
 Frid. rici in  
 Turing. ex-  
 pediō.  
 Victoria.  
 Schonbergus  
 Bosnus.  
 Fridericus  
 Erfordenses  
 ac rioratione  
 castigat.  
 Erfordem  
 pernicacia.  
 Clades.  
 Ludouicu-  
 Glichouien-  
 sis.  
 Friburga &  
 Frid. obfess.

peratoresque suis animum adferrent, Philippum pugnantem animaduertit, hic est, inquit, cuius proditione frater meus morte occubuit, haud impunè sibi erit. Igitur in nobilissimum ac robustissimum equum assilijt, eumque educto gladio in Philippum concitat: nec ille pugnam detrectat, pugnam diu pugnauerunt, cùm Philippus pluribus ac mortiferis vulneribus grauatus, ex equo prolabitur. Subito quæ sub signis suis militabant, copias fama peruersit, Philippum cæsum esse, ex equo prolapsum: omnes terga dederunt. Quibus etiam Philippus vrbes ab se captas tuendas dederat, iij vt interfatum intellexerunt, ipsis relictis ad Fribergum configiunt. Quoniam eo temeritatis deuenerant, vt ipsum tueri minimè diffiderent. Federicus verò quod ei ciuitates reliæ sese dediderant, in Turingiam regressus est. Ibi comperit Ludouicum comparasse exercitum, quod Albertus magnam vim Gallorum illi in præsidium miserat, quo auxilio Calonem oppidum obsederat. Præterea Erfordenses & Comitem Glichouensem ad Herciniam, (id est sylua nomen) castra posuisse. Ex quo iracundia adductus, cum Ludouico manum conserere statuit. Dextrum cornu tenuere Libonotani & Misnenses, sinistrum Turingi. Etsi diu collatis signis dimicassent, Federicus tamen prælio usus est secundo. Præterat hostilibus cohortibus Bohemus quidam, cui Schonbergo erat agnomen: hic captus est, & in careerem coniectus. Hac victoria elatus, ad Erfordenses animum vertit: ac prius consilio, quod humanissimi est principis, quæ armis agendum statuit. Igitur ex ipsis quosdam, qui magnæ autoritatis erant (nam eos per nunc ad se acciri iusserat) in hanc sententiam alloquitur: Non sum nescius, viri Erfordenses, quanto amore Ludouicum, incerto patre natum, complectamini, cui vosmet ipsos addixistis, oppida, quæ mihi hereditate obuenerant, sub illius imperio redegitis. Quod si id quanto vobis futurum esset periculo, cum animis vestris consideraueritis, nimirum aliena fuisse voluntate: iam coacti estis subire fortunam, cuius memoriam perhorresco. Ex animi mei sententia iuro, vt ego de Erfordensibus, si posthac in eandem curam incumbent, exquisitissimum supplicium sumam. Quo temeritatis ad ducti estis, qui cum Federico, cui tot victorias de hostibus dij immortales dederunt, manus conserere audeatis? Sueui bello fortissimi sunt, eos tamen non semel, sed sepius prælio subegi. Proxime Alberti exercitum, cum quo Norici, Heluetijque se coniunixerant, prælio fudi, castris exui, ingentique præda sum potitus. Quæ cùm ita sint, decedite à sententia, accedite desiderio meo, consulite saluti vestræ, deicite de principatu & imperio, expellite incerto patre genitum. Quod si in sententia perstabitis, bellum parate, qui pacem pati non potestis. Erfordenses, qui infestissimo in Federicu erant odio, se ad eos, qui opibus, armis, potentia valebant, de eare relatuos respondent. Nec vere, quin in ipsum suam sint voluntatem collaturi. Ut igitur regressi sunt, Federici orationem exponunt, qui se populo addixerant, armis, inquiunt, decernendum est, quod Federicum terrot inuaserit. Postero die Erfordenses & Federicus inter se manus consuerunt. Nunquam acrius castra castris collata sunt. Quippe gener ac sacer, fratres, ciues infestis hastis se mutuo petierunt. Eo prælio res Federici superior fuit. Erfordenses Ludouicum Comitem Glichouensem in sylvas equo abripuerunt. Reliqui armabijcentes sese Federico permiserunt: omnis fere Turingæ populus à Federico in deductionem receptus est. Ipse paucis post diebus, quod reficiendus erat exercitus, ad Misnenses diuertit, Fribergum, quod à Sueuis captum diximus, recepturus. Cùm igitur stationes ante urbem posuisset, caduceatorem præmittit, qui ciues admoneat ad vnum omnes, ni in sententiam suam concedant, Sueuos exterminent, urbem tradant, perituros. Fribergum sui iuris esse, ad se attinere. Ciues atque hi potissimum, qui pluri- mi siebant, non ad se spectare, qui urbem tradant, respondent: semel Alberto Imperatori fidem suam constantiamque præstitti, non esse consuetudinis, se ab illa descisce- re, quin in eos, qui eam violarent, ab ipsis uerissimè vindicatum: nec par esse his, qui urbis custodiam haberent, iniuriam facere, quin eos esse ea virtute præditos, qui amis- sam breui recepturi forent. Federicus caduceatoris verba mente agitans, tormenta idoneis locis disposuit. Breui procidit magna pars muri cum ingenti fragore: ambibat murum fossa mitæ latitudinis, atque altitudinis: ea iussu Federici oppleta est. Conabantur obfessi missilibus hostem submouere: quæ in portis erant præsidia dispo- sita, parum proficiebant, quod tormentis telisque ista moriebantur. Veturum fossa oppleta

Oppleta militibus Federici ad muros transitum dedit: magnā partē dolabris subruerat, cūm ruere incepit. At obfessi ad defendendā vrbē, quæ opus erant, nihil prætermittebant: tū qui apud Federicū militiā militabāt pedites nonnulli, quanta maxima possunt voce in clamant: Referte commilitones gradum, mœnia corruunt. In hęc verba ut corrueunt, adeò excitata est puluera riebula, vt multos cūm oppidanos, tum hostes oppresserit. Vt sedata est, tollitur omnibus ingens clamor, nunquam acerius cōcursum est. Nam quo magis oppidani iaculis, catapultis, balistis, atq; omni telorum genere repellere nitebantur, eo magis sese inferebant. Plus mille hominum interfecūtū est. Federicus desperato ingressu, ad alteram murorū partem, quæ à ruina multos passus aberat, scalas admoueri iubet, magnumq; numerū militū cōscendere, seq; in vrbem immittere. Vix murum cōscenderant, cūm hostes vrbem cepisse rumor et manauit: quo factum est, vt *Vt expugna*  
*Sueui ciuesq; pedem retulerint. Tum Federicus instare, vnumquemq; obuium ferire,*  
*animum suis afferre. Mars ipse ex acie optimum quemq; pignoratur, complures metu*  
*mortis cōpulsi, abiectis armis, in loca abdita se conferunt. Quibus nullus fugae locus pa-*  
*tuit, ad Federici genua procidunt, errati veniam petentes. Tū princeps clementissimus*  
*in eos misericordia commotus, ne quis posthac feriretur, per præconem pronunciauit,*  
*quod ipsi suo exemplo docti, arrogantiæ pœnas dedissent. Sueui ut armis depositis in-*  
*trabiduum vrbē egrederentur, edictum. Per multæ ciuitates, nunciata Friburgij clade,*  
*se Federico sponte permiserunt. Tandem ad Aldenburgium castra posuit: annū propè *Aldeburgi.**  
*illud obsedit, quod à ciuib; fortissimè obſistebatur. Est non longè ab vrbē arx in colle*  
*munitissima, quā expugnare est aggressus: sed cūm vi id efficere diffidebat, ad insidias*  
*confugit. Igitur milites (quorum virtute fidebat) ad se conuocat, his si arcis murū scan-*  
*dant, ac custodibus aut interfectis aut prehensis, eam sibi tradant, magnam vim argenti*  
*pollicetur. Illi Federico obtemperare cupientes, interdiu in syluis, quæ ab vrbē haud*  
*procul aberant, delitescunt, simulq; murorum altitudinem contemplantur. Secunda*  
*vigilia insidias aggrediuntur. Qui cæteris ætate anteibat, omnes in secretum abducit,*  
*oratq; ut cōsertis manibus mutuam dent fidem, se diligenter spexisse murorum ambi-*  
*tum, eos esse custodes, quorum animos cōfestim timor subibit: se primum qui murum*  
*cōscendar fore. Res in hunc modum componitur: erat nox intempesta: tum nullam*  
*emittentes vocem, ex sylua abeunt. Ut loco eis accommodo perspecto in mœnia euase-*  
*runt, paululum morati, scalas lineas, quarum extremis illigatae erāt manus ferreæ, supe-*  
*riorum murorum parti iniiciunt. Nimirum quibus fortuna affulget, id quod est in pro-*  
*verbio celebratum, ij nullo egent consilio. Custodes, qui in murorum custodia erant,*  
*ad vnum omnes necārunt: Alios in caput à muro præcipites dederunt, alijs vitam ferro*  
*eripuerunt. Non multo pōst Federici signa ad mœnia deposuerunt. Ego custodes vel*  
*mēte vino alienata fuisse crediderim, vel somno oppressos. Hoc maximè modo Fede-*  
*ricus arte potitus est. Ipse antelucano tempore cum legionibus expeditis intromittitur.*  
*In sequenti nocte ardentissimas faces in ciuum tecta coniici iussit: quæ flammā incen-*  
*dij euomebant, eorum ruentium fragor vbiq; audiebatur: fama est tertia propè partem*  
*vrbis flamma absumptam. Coacti sunt obfessi ac mœnibus inclusi se dedere. Qui in per-*  
*tinacia persistiterant, eorum bona diripuit, reliquos tutos præstitit. Quæ proxima erant*  
*oppida, ne eandem cogerentur subire fortunā, metu perculta claves ad quercus depo-*  
*sitas ei detulerunt. Reluctarunt autem aliquot annis Cygnæi & Camanni, ne se suæ di-*  
*ctioni subderent: quoniam hi iuris imperij semper fuere: sed diuturnis incursionibus &*  
*multipli incommodo affecti, in sententiā eius concedere coacti sunt, adsentiente Lu-*  
*douico Bauaro Imperatore, qui has vrbes Federici administrationi commisit. In exitu*  
*annus erat, cūm de integro in Turingiam victorem ducit exercitum. Castella demoli-*  
*tus, vicos incendio consumpsit, agros vastauit, arbores succidit, turres ad solū euerit.*  
*Paucis pōst diebus in Erfordiam infestissimo progredivit odio. Erfordenses ei obuiam*  
*prodeunt, precibus orātes, vt modum iræ statuat, quæ vt suppressa erat, aliò referret co-*  
*gitationes suas: se fateti, è recta via declinasse, hostibus suis præsidio fuisse, esse clemen-*  
*tiæ ac prudentiæ suæ, ipsorum excusationem suscipere. Federicus eis crimina condona-*  
*nit, iussitq; vt quotannis maximis ipsum, & à quibus ei succederetur, muneribus profe-*  
*querentur, ac singulos iureiurando adegit.*

F I N I S.

E ij

*Aldeburgi*  
*debetio.**Cygnæi &*  
*Chennicium*  
*& Friderico in*  
*potesatem*  
*redacte.**Eius postre-*  
*ma in Turin-*  
*giā expedi-*  
*tio.**Erfurtenses*  
*prece & mu-*  
*neribus pacé*  
*redimunt.*

IN HISTORIAM DE VI-  
PERTO GROICENSI BREVES  
NOTATIONES.




V M de Viperto historia quædam haud satis explicata habeat, usum fuit notationem de his unam atque alteram nostram adycere: Ut ne scilicet quispiam lectorem attenuatum scrupulus remoraretur.

Principio de genere Vipertiregio relinqu omnia in medio. Neg enim ubi locoru aut genium maiores eius primirerum potis sint, vel alibi me legere memini, vel definiri de auctoris nostri expositionibus potest. Quod si cuit tamen eam sequi coniecturam libet, oriundum Vipertū fuisse à Germania populis antiquissimis, eoz Teutonie nomen alludere: quippe quod à Teutonibus profectum auctor yis peculiariter accommodare tractibus videatur, quos alij Nordalbingis attribuunt, hoc est Holstiae, Stormarie, Ditmarsia, quemadmodū ex Helmoldo planum fit, nihil reclamārim. Enimuero Ditmarsos à Teutonibus conditos, dubium nullum est, ac si dicas Teutonas riparios aut continentis incolas, nempe à regionis situ. Est enim & ipsorum & Saxonum lingua Marsch continens, & locus littoralis. Apparet autem familiam & maiores Viperti varijs iatatos casibus etiam fortuna varia rempub. atq; ipsam regiam dignitatem gesisse, imò belloru quodam indomito studio sedes crebro mutasse. Hinc enim est, quod Herlibo primus Brandenburgi, quod Wolfus primum in Pomerania deinde in Dania consedere. Nec improbabim coniecturam, Herlibone genitos filios commune istud Harlungorum cognomentum à veterum Harlungorum memoria, quos ex Alsacia in ea loca transtulisse perhibetur Carolus Magnus, & à quibus mons Harlungorum, hodie Marianus nuncupatus, in annalibus celebratur, repetisse. In ipsam Herliboni alteri magnum cum accolis Henetis usum singularem, benivolentiae coniunctionem fuisse, augurari inde verisimiliter possumus, quod filium alterum Heneto nomine Suetibor appellari voluit. Qui ita in paterna vestigia successit, ut ex eiusdem gentis lingua & ipse filio suo nomen posuerit. Ad alterum Herlibonis secundi filium, Suetiboris fratrem, Wolfum, ab aduerso in Danis exiliū casu regia ibi dignitas rediit, & idem tum familie Balsamorum regionem (nam ita annales nominant) acquisuit: Quæcum postea etiam Viperto F. mansisset, natus illo Vipertus alter, facta permutatione ab Vdone Stadensi Groiscam in Mysorum finibus comparauit. Minime autē hic nobis prætereundus scrupulus erat, quem pleriq; de Balsamorum regione sibi iniecere. Nā Brothus hoc nomine Holstiam accipit: Qua in re quas vel rationes vel coniecturas sequatur, incertum est. Ego hoc, quod dicitur nullas habet, amplexari malim, nimirum Balsamorum regionem idem territorium esse, quod hodie etiamnum in Marchia veteri vocatur Das Balsamerland, oder Balsamer Weichbildt, à fluvio Balsamo, qui in agris collectus in alterum fluum Vchtam infra Stendaliam se exonerat. Conuenit enim historia Vdonis Stadensis: & includunt alij diserte Balsamorum regioni Stendaliā, Osterburgum, Arneburgum, &c. Accedit huc præterea, quod habet Helmoldus lib. 1. cap. 8. 9. de gentibus ab Alberto Vrso in desolatos Henetorum fines collocatis: Australe, inquit, littus Albois eo tempore cœperunt incolere Hollandi aduene, ab urbe Saleuelde (rectius fortasse Soltwedel) omnē terram palustrem atq; campestrem terram, quæ dicitur Balsamerlande & Marschnerlande, ciuitates & oppida multa valde, usq; ad saltum Boemicum possederunt Hollandi. Haec tenus Helmoldus. Ceterum ut ad mentionem de maiorum Viperti in Nordalbingis Teutonia regno redeamus, si quis huic forsitan inde fidem derogandam existimauerit, quod gentes istas à Carolo Magno bello subactas, exinde in Saxonum permansisse ditione, ac familie Billingane paruisse constat, is econtrario & ad ea animum aduertat, quæ de genium istarum ferocia paſsim auctorum monumentis prodita sunt. Inde enim fieri potuit, ut pacis leges tam strictè non obseruārint. Quare ut vestigiales tam Francis quam Saxonibus fuisse non negarim, ita autem quia eos retinuisse, multa docent. Neque à vero alienum est, eadem ex causa magistratus quos vellent legisse, atque in his etiam regiam dignitatem, forte veterum Saxonum exemplo, admisisse. Ditmarsos quidem Henrici Leonis temporibus Comitem peculiarem habuisse, ex Helmoldi historia euidenter. Et Nordalbingorum finitimus Obo-tritis Henetis nunc reges nunc Principes imperasse certum est. Ut de Viperti maioribus id amplius suspicer, regiam eorum dignitatem tantummodo arbitriam extitisse, seu que à populi suffragijs absque ullo hereditaria successionis iure penderet. Eodem enim retulerim, quod sedes roties mutarent, cum scilicet domi fortuna incerta starent. Ut autem stirpis propago rectius intelligatur, stemma hic breuiter subycio.

FRA.

## F R A T R E S.



Alterum, in quod animaduersione opus videbatur, de expugnata ab Imp. Cæs. HENRICO IIII. urbe Roma, erat. Nam hac parte, ut auctoris nostri expositio præclaræ est, & fortitudinis heroicæ laus debita Viperto tribuitur, ita in eo tamen, quemadmodum dicitur, aqua hæret, quod nec tempore in rerum gestarum serie distinguit, & in Cæsar's potestatem Hildebrandum Pontificem tum peruenisse, atq; inter eos pacis conditiones initas, affirmat. Hoc enim cum Annalium consensu perpetuo pugnat: nec credibile est, Imperatorem tot ac tantarum iniuriarum, quibus ab Hildebrando affectus esset, memoriam tam facile deponere potuisse: aut quem iam Clementis II. nomine illi surrogarat, remouere per contumeliam voluisse. Brotius in Commentario suo de vita Viperti, geminam Henrici Cæsar's aduersus urbem Romam & Hildebrandum expeditionem inculcat: & prima captum huc, atq; ab Cæsare in gratiam receptum: altera vero iterum in potestatem redactum, Salernum in exilium missum, ait. Sed hoc scilicet est ἀπλῶς ἀπλῶς, secundum adagium. Tantum enim una annales memorant. Neque relegatus à Cæsare Hildebrandus Salernum fuit, sed Roma ab Roberto Normanno, Cæsare in hyberni agente, abductus, isthic deinde sedit. Hoc satis constat, Cæsar post Romanam captam in Germaniam reuersum, inde in Italiam denuò inuassisse, sed iam Hildebrando defuncto. Fuerat & multis annis ante, extrusus nimis rursum isthuc Principum aduersariorum iniurijs: Verum per id tempus arma non expedit, sed criminum, quorum insimulabatur, expiationem Pon-tificem poposcit: Qui cum ad hoc se iniquissimum præstisset, Imperator ut tum id, necessaria quadam tollerantia dissimulauit, ita rei indignitas penetrasse animum generosum altius videtur. Cumq; Hildebrandus à nouis iniurijs non cessaret, Henricus ea tandem usus vindicatione est, ut Synodi sententia damnatum de Pontificatu deturbaret. A quo tempore cum is Salerni ageret, et si insana quadam peruvacia anathema in Imp. tertio repetit, tamen iam moriturus eo oppressus conscientia terrore perhibetur, ut per legatos ignosci sibi ab Henrico postularit.

In reliqua sumere mihi limam haud libuit. Etsi hoc dissimulandum non erat, quædam de Viperto ab auctore omissa. De quibus cum expositiones aliorum extant luculentiores, ut inde repeterentur omnia, satius esse duxi.

IN ALTERAM IOHANNIS GARZONIS HISTORIAM,  
NOTATIONES.

De Iohannis Garzonis historia id primum repeto, non planè eam cum annalibus conuenire: & apparet ipsum magis eloquentiae ostendande, quam rerum gestarum veritati studuisse: quippe quod

# IN IO. GARZ. HISTORIAM

45

institutum suum haud plane in procēdio dissimularit. Nos hīc capita inde duo repetemus, primum de familia FRIDERICI, alterum de dīsidij cum patre belli que ab eo gesti causis. De neutrō enim Garzon recte explicauit, cū quidem historia huius partes fermē p̄cipua sint.

Familia FRIDERICI, quem Garzon Magnum, ali⁹ Fortem & Admōsum cognominant, ita se habet. TIMONE abauo, proauo Conrado, auo Othonē, patre Ditterico, Marchionibus Mysneni⁹ bus, ex prosapia Widechindi, Regis Saxonum, genitus HENRICVS, cognomento Mallus & Illustris, uxores tres habuit: Constantiam Austriacam, Agnetem Boemicam & Elizabethem Maltitiam, seu vt alij, Lichtensteiniā. Liberos tāium ē prima & tercia suscepit: ex illa quidem ALBERTVM & Dittericum, cognomento Sapientem: ex hac Fridericū, cognomento Rigorosum. Acquisitūs maiorū virtute prouincij adiecit Turingiam & Palatinatum Saxonie, quam utramq; post HENRICI Landgrāfij mortem, ob matrem Iuditham sibi vendicabat. Filiorum tam amāns fuit, vt totis annis 20. ante mortem possesiones cā eis suas disperitus sit. Quā in diuisione cū Alberto Turizgia cēsisset, Ditterico Osterlandia & Marchia Landspergensis, Friderico Dresdena, Hayna & alia op̄ida, ip̄se Mysniam sibi retinuit. Addidit hoc insuper & peculiare in Albertum beneficium, q; nup̄ias ei conciliauit Margarite, Imp. C̄s. FRIDERICI II. F. Ex ea nati Alberto liberifuerū: Dicemanus, Fridericus & Elizabetha. Quibus nos ē Chronicō Mysneni⁹ adīcimus Henricū. Vbi deinde in Cunegundam Isebergiam Albertus deperit, tandem à Margaritā fuga iuste hanc uxoris loco habet, & filium inde genitum Apollonium seu Albertum per Imp. C̄s. Rhudolphum I. referri insere legitimē conceptos curat. Aliquanto p̄st hoc cum matre vita defuncto, tertia uxorē ADELHEIDEM, viduam Arnshagensem, dicit, sed nihil inde liberorū procreat. Cum Ditterico, Alberti fratre, connupta fuit Helena Brandenburgia, ē qua natus Fridericus, cognomento Tuto. In filijs Alberti Fridericus, Henrici ai⁹ dominati⁹ successor exceptit, vt Chronic. Neostad. alier Dicemanus Friderici Tutois, patruelis, vt idem Neostad. & Mysnense Chronic. Hic enim ex uxore Hilda Bauaria- ca sibolem nullam suscepit. Qui tertio Alberti filio Henrico tractus cesserint, legere me nūs quā me- minī. Habet tamen hoc Chronicō Mysnense, oppugnatū patris Alberti, qui socij Brandenburgico & Anhaldijs uteretur, bello, & finib⁹ tum electum cognomentum inde Exulis accepisse. Cui additur à recentiorib⁹, nuptam ei fuisse Hedwigem, Henrici Ducis Glogoviensis filiam, indeq; filium illinatum Fridericū, qui sine liberis deceperit. De reliquorum fratrū, Friderici & Dicemani, cō- ingysita annales explicarunt, vt Dicemanno Iutta, Bertholdi Hennebergensis F. Friderico Agnes Carinthiaca & altera Adelheidis Arnshagensis, coniuges tribuantur. Dicemanus liberorum nihil reliquit: Fridericus ē prima coniuge Fridericū Claudum, ex altera Fridericū Grauem & Elizabetham sustulit.

Hac cū ita sint, impingunt tripliciter Garzonis expositiones, quippe quā Dittericū Sapientem Henricū nominat, & sine liberis decesse velint, deniq; etiā de successione familie à vero aberrēt.

Quod ad secundum caput attinet, de dīsidij inter Albertum & Fridericū F. ac bellū, quod contra eundem ab ADOLPHO C̄s. gestū fuit, causis, de his ita annales plerig. (neg, enim plane omnes conueniunt) explicant. Cū èo v̄g. insanisset in Cunegundam Isebergiam Albertus, vt Margarite coniugis cādem agasōni cūdam imperārit, ille ex eo facinore discriminē sibi anceps metuens, hoc re- cētius sequitur consilium, vt omnino eam declinandam duxerit, & Margarite, quod ei strueretur periculum, detexerit. Non potuit non h̄ec inde vehementer perturbari: nec mora, cūm aliter se saluam esse non posse perspicaret, fugam clandestinam parat. Ad hanc vbi instructa iam omnia essent, liberorum amore non nihil detinetur: in quorum complexu dum nimia est, deniq; in dolore extremo genam Friderici mordicus apprehendit, atq; vulnerat: Ut eo tanquam monumento sempiterno de matris calamitate, & erga ipsum amore, commoneretur. Non defuit, vt parētibus deesse ferē nū- quam solet, omni huic atq; pr̄asagitioni euentus. Etenim Fridericus, ingenio pr̄aeclitus heroico, te- stificari hoc de se postmodo solitus palam fuit, cūm cāteras iniurias, quas cumulare in eum pater nō cessaret, facile ipsi condonaret, morsus se materni adeo obliuisci non posse, vt neg, cicatrix ipsa sibi disperiret. Iamq; inde ab ipsis fermē adolescentia annis à patre alienatus, cūm is rei indignitatē au- geret pernicaciōe in Cunegundam & notum Apollonium amore: & proceres ipsi parium studijs distraeti, ali⁹ patrī, ali⁹ Friderice adh̄erent, hostilia audet: Episcopum quendam, à cuius consilio p̄cipue pater penderet, interceptum in vincula coniicit. Id Albertus vindicaturus, rursus in filiū Comitem Keferbergium subornat, per eumq; in potestatem redactum, annum integrum Wartper- gae in custodia detinet. Nam post hoc tempus Fridericus amicorum opera elapsus est: cūm interea ea creuisset apud exterō nominis fama atq; existimatione, vt à Longobardis ad rempub. ipsorum ge- rendam euocatus sit. Nec domi illi deinde blandē arridentis fortuna successus defuere. Post quam-

enim

## NOTATIONES.

46


enim iussu Rhudo<sup>phi</sup> Cæs. cum patre pacem fecit, Henrici autem demortui prouinciam successor excipit; & inde patre odio in eum nouo exacerbato, aliquanto post oppressum hunc ex insidijs capit. Hoc cum improbaretur Cæsari, improbaretur Principibus, Albertus à Friderico dimissus, ita ad ingenii redit, ut filios iam extremè oderit: multa Apollonio notho largitus sit, & cum alia filiis repugnantibus alienarit, tum Turingiam, quandoquidem Nobilitas & ciuitates iurare in Apolloniis verba nolent, & ipse filiis eam inuidet, Adolpho, Rhudolphi successori, vendiderit. Inde grauissimum in Fridericum bellum motum, in salutis & fortunarum hunc discrimen summum coniecit: quippe qui mox inter initia finibus omnibus electus fuerit: Quæ fortuna procella ubi ipsi tandem sedata fuit, ita rursus fratrem corripuit, ut ex insidijs ille cæsus sit: & denique in patre considerans, hunc ex iusta Dei vindicatione in miseras extremas coniecit.

Patet ergo hinc alter Garzonis lapsus, qui belli huius causam ab Ditterici Sapientis, quem Henricum ipse nominat, testamento extitisse ait. Act tametsi alicubi idem penè fateri videatur, Isebergiam tamen non recè Catharinam, ut neg. genitum ea filium Ludouicum, nominavit.

Quæ præterea animaduersionis alicuius indigebunt, lectoris iudicio & diligentie committimus. Sanè ut sua merito Garzoni, suo iidem instituto seruienti, laus tribuitur, ita historiae veritatem præcipue ex nostris petendam annalibus statuo. Hoc tantum de orationis genere, quo utitur, adiçio, id cum & copiosum sit, & satis tersum, alicubi tamen ita quasi degenerare, ut non planè Latina lingue proprietatem tueatur. Quod tamen virum Garzoni, an exemplari, quod nacti nos deprauatissimum essemus, ascribendum sit, dubito.

Ceterum ut de Marchionum Mysn. familia, quam suprà perstrinximus, omnia fierent pliora, stemma ex nominum serie, quam ibi dedimus, apponere hoc loco visum fuit.

## T I M O.



F I N I S.

1812996